GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ & INFIMÆ
GRÆCITATIS
DUOS IN TOMOS DIGESTUM.

ACCEDIT Appendix ad Gloſſarium mediæ & infimæ Latinitatis;
Cætera ſubjectus ſyllabus indicabit.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΚΡΗΤΗΣ


GLOS SARIVM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ GRÆCITATIS
ΑΘΗΝΗ
ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ
Giffart Sculptor regius fecit

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΚΡΗΤΗΣ

GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ & INFIMÆ GRÆCITATIS,

IN QVO

GRÆCA VOCABULA NOVATÆ SIGNIFICATIONIS, aut usus rarioris, Barbara, Exotica, Ecclesiastica, Liturgica, Tactica, Nomica, Jatrica, Botanica, Chymica explicantur, eorum Notiones & Originationes reteguntur:

Complures ævi medii Ritus & Mores; Dignitates Ecclesiasticæ, Monasticæ, Palatinæ, Politicæ, & quamplurima alia observatione digna, & ad HISTORIAM BYZANTINAM *præsertim spectantia, recensentur ac enucleantur.*

E libris editis, ineditis, veteribusque monumentis.

ACCEDIT Appendix ad Glossarium mediæ & infimæ Latinitatis, unà cùm brevi Etymologico Linguæ Gallicæ ex utroque Glossario.

Auctore CAROLO DU FRESNE, *Domino* DU CANGE, *Regi à Consiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæstore.*

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI,
Apud ANISSONIOS, JOAN. POSUEL, & CLAUD. RIGAUD.
M. DC. LXXXVIII.
Cum Privilegio Regis Christianissimi.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΚΡΗΤΗΣ

SYLLABUS ET SERIES TOTIUS OPERIS.

TOM. I.

TOM. II.

VIRORUM

VIRORUM DOCTORUM TESTIMONIA
DE UTILITATE GLOSSARIORUM
Mediæ & infimæ Græcitatis.

MARTINUS CRUSIUS in Epiſtola ad Gabrielem Severum Philadelphiæ Archiepiſcopum Venetiis degentem, lib. VIII. Turcogræciæ.

QVOD ſi quid poteris optimo noſtro Hieronymo commendare ad illud, ut aliquid amplius ego librorum vulgaris Linguæ Græcæ nanciſcar, unde magis ipſam addiſcam, oro, Domine, ne moleſtum ſit ei locum & modum comparandi indicare. Tunc ipſe mihi emet. Doleo nullum tale Lexicon extare unde mihi neceſſe eſt undecunque poſſim corrogare dictionum me latentium interpretationes, quæ aut puris vocabulis Græcis, aut Latinis reddantur. Omnino autem mihi ſtudio eſt, quandoquidem veterem puram linguam mediocriter didici, eamque in Academia noſtra doceo, cum ea hodiernæ quoque popularis aliquam cognitionem conjungere.

VVOLFIUS ad calcem Notarum in Nicetæ Annales, ante indicem rerum & verborum.

Barbarica vocabula ex vetuſto codice annotata in hoc opere non reperiuntur: ſed Græca duntaxat quibus illa explicantur. Quibus nulla interpretatio adjicitur, aut ſtellula apponitur, ſciat Lector ſignificationem ejus nobis vel ignotam eſſe vel dubiam. Rogo autem eos qui corruptæ linguæ periti ſunt, ut propter recentiores ſcriptores, in quibus ſubinde barbara vocabula occurrunt, Barbaricum Lexicon conficiant, vocibus barbaris præpoſitis, & Græcis ſubjunctis, ne veteris duntaxat linguæ periti ab eorum lectione deterreantur.

JACOBUS PONTANUS in Præfat. ad Georgij Phranzæ Hiſtoriam.

VTinam inveniretur qui Lexicon ἑλληνικοβάρβαρον *conficeret, magnum utique ſcriptores Græcorum recentiores legentibus & interpretantibus lumen præferret, apud quos non ſolum vocabula multa nova, ſed antiquorum etiam notiones & ſignificata alienata & detorta videas.*

SCALIGERIANA Pag. 144. edit. Pariſ.

QVI feroit un Gloſſaire des Auteurs infimi ſæculi, *feroit bien.*

Summa Privilegij Regis Chriſtianiſſimi.

AUCTORITATE Regia ſancitum eſt, ne quis *Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis auctore* CAROLO DU FRESNE, *Dom.* DU CANGE, intra VI. annos à prima Operis editione numerandos imprimat, aut alibi impreſſum in hoc Regno divendat, præter ejuſdem D. DU CANGE, voluntatem, aut eorum, quibus id juris conceſſerit; hocque omnibus perinde clarum, notum, indictum habeatur, ac ſi Regii Diplomatis ſententia Operis initio præfigatur, ſinive poſtponatur. Qui ſecus faxit Librorum confiſcatione, & pœnis in Regio Diplomate declaratis mulctabitur. Datum Pariſiis die VII. Septembris anno M. DC. LXXXII.

De Mandato Regis, ſignatum, DES VIEUX.

Idem Dom. DU CANGE *jure ſuo ceſſit I. Aniſſon, &c. die* 20. *Septembris anno* M. DC. LXXXIII.

Deſiit prælum hujuſce primæ editionis, die 23. Junii 1688.

PRÆFATIO
AD
GLOSSARIUM.
DE CAUSIS CORRUPTÆ GRÆCITATIS.

I. EDITO nuper à nobis Glossario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, accessit statim opus alterum, quo Byzantinam Historiam duobus Commentariis illustrare sum aggressus, quorum prior Imperatorum Constantinopolitanorum familias, Regúmque ac Toparcharum Dalmaticorum stemmata, alter Vrbis Constantinopolitanæ, qualis sub Principibus Christianis extitit, Descriptionem, ex Græcis potissimùm auctoribus adornatam complectitur: cujus quidem postremæ lucubrationis id mihi inprimis consilium fuit, quòd, ut in præfatione attigimus, in rerum Byzantinarum Scriptoribus, locísque difficilioribus, qui universim in omnibus ferè occurrunt, propter idem argumentum, eandémque scribendi rationem, explanandis, generali & qui omnibus conveniret, commentario id posse confici arbitrarer: adjunctis deinde ad auctores ipsos, in locis qui Editorum industriam expeterent, idoneis annotationibus; ne quod in omnibus plerumque prostat, repetitâ ac inutili lectione, quod fieri solet, Lector ipse fatigetur. In Historia quippe Byzantina, ut ibidem monuimus, quædam sunt peculiaria & à cæteris diversa, quæ singulari egeant explicatione, familiæ nempe Imperatorum Constantinopolitanorum, vel Principum quibuscum bella gesserunt, Vrbis deinde Byzantinæ tractus varij, ac ædes cùm sacræ tum prophanæ, præterea dignitates Palatinæ, Ecclesiasticæ & Monasticæ, Latinis plerumque minùs notæ: ac denique voces barbaræ ac mixobarbaræ, vel certè Græcæ etiam, sed novatæ ac insolentis significationis, quæ non modò apud istius historiæ, sed & apud cæteros ævi inferioris Scriptores crebriùs occurrũt. Cúmque duas has postremas partes non tam pertractarint, quàm leviori, ut ita dicam, calamo attigerint viri aliquot eruditi, censebam tamen ad eorumdem auctorum intelligentiam quæ ab iis scripto mandata fuerant aliquatenus sufficere, donec exurgeret vir aliquis doctus, qui novis accessionibus ac observationibus, has si non prorsus absolveret, saltem exornaret. Atque id uno eodémque volumine fieri posse existimabã, quod Glossarij ad Scriptores mediæ & infime Græcitatis inscriberetur, in quo & vocabula barbara ac semibarbara, aliáque rarioris notio-

 nis,

nis, & utriusque ordinis dignitates explicarentur, prioribus ex quatuor, quas dixi, partibus explanandis opellam qualemcumque impendisse contentus. Quibus exactis, receptui canere decreveram omnino, idoneâ exerendæ aliis industriæ arenâ propositâ & indicatâ; *sat ducens meas hactenus occupasse nugas:* cùm ecce ὁ μακαρίτης Ludovicus Billainius Typographus Parisiensis, vir litteris juvandis natus, qui & Glossarium nostrum, & Historiam nostram Byzantinam illustratã typis suis excuderat, convenit me, ac dixit, plerosque ex Vrbe viros eruditos hanc ipsam à nobis Provinciam expetere, quam reipublicæ literariæ invidere minimè deberẽ, eò magis, quòd id haud difficulter confici à me posse rebantur, cùm perlegendis & evolvẽdis inferioris ætatis Scriptoribus haud inutile fortè impendisse hactenus studium scirent, vel certè putarent. Verùm ægrè eorum postulationi manum dare, præberéque assensum in animum induxi, cùm res ardua sit eruditorum premere vestigia, quæ assequi haud facilè queas. Esse deinde multa & præclara noveram ab iis observata in hoc genere argumenti, cui illustrando necessaria pleraque omiseram, quod, ut fieri amat, pridem esset tentatum ab aliis: tametsi haud minimo novarum notationum accessu locupletari, ut perinde quaslibet alias, secundùm Sidonium Apollinarem, *purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias, extendi* posse semper putaverim. Cedendũ tamen fuit: amicis insuper v v. cc. Emerico Bigotio & Ioanne-Baptista Coteleio, (quos in perfecta Græcæ Linguæ, ut & cæterarum disciplinarum cognitione consummatissimos esse nemo hodie nescit) ad id adhortantibus, onúsque sat grave humeris impositum suscepi, non quòd ejusmodi argumentum arbitrarer à me posse pertractari pro rei dignitate, atque adeò tot viris eruditis facere hac in re satis: sed quia hominem amantem literas, quique vile otiũ hactenus defugerat, semper habere aliquid debere præ manibus quod legat aut scribat censebam: & quòd juxta Silium Italicum, *blando veneno Desidiæ, virtus paulatim evicta senescat:* vel ut cum Ennio dicam, *Otio qui nescit uti plus negotij habeat, quàm cùm est negotium in negotio.* Deinde si Imperatorem stantem mori debere dixit olim nescio quis, cur etiam literarum studiosum, γηράσκειν ἀεὶ διδασκόμενον cum Solone, & aliquid semper meditantem mori pariter debere dicere non licuerit? Evolvi igitur adversaria & schedas, & collegi quidquid ad hanc rem, futuri tum inscius consilij, ex Græcis & Byzantinis scriptoribus obiter observaverã, præter illa quæ Glossario mediæ & infimæ Latinitatis adornando idonea in illud subinde conjecerã, quorũ pleraque reservassem ad hocce opus, si à me suscipiendum prævidissem. Affinitatem quippe habet utrumque argumentum, cùm ut Latina Græcis, ita Græca Latinis illustrari posse nemo diffiteatur: unde paulò jejunius haberi fortassean poterit illud quod nunc aggredimur, quia jam dicta refricare absonum prorsus videretur: quod causæ fuit cur satius sæpe duxerim ad jam annotata amandare Lectorem, quàm iteratâ lectione defatigare. Deinde non eâdem ex auctoribus depromptis locis ubertate potest adornari Græcanicum Glossarium, quâ Latinum: cùm longè plures habeantur ævi medij ex Latinis Scriptores, quàm ex Græcis, & in Græcanico desint vetera diplomata, quæ Latino haud contemnenda subministrant. Neque tamen posthabendum illud etiam fuerit, quòd non simili, quâ Latinum, materiæ polleat amplitudine: cùm & nova multa ab illaudatis hactenus posteáque editis scriptoribus excerpta non modò contineat, sed & quæ ab aliis jam descripta traditáque sunt, accuratione librorum, capitum, & paginarum indicatione, à nobis sæpiusculè laudentur; atque adeo complura ex manuscriptis Regiæ Bibliothecæ & Colberteæ codicibus, vel uberioribus interdum excursibus ad veterum ritus retegendos & examinandos necessariis illustrentur. In quibus quidem hæc à me lex servata, *ut nequaquam omnia,* (verbis utor Vincentij Lirinensis) *sed tantùm necessaria quæque perstringam; neque id ornato & exacto, sed facili communíque sermone, ut pleraque significata potiùs, quàm explicata videantur.*

II. Volumini verò titulum, quem in fronte præfert, præfiximus, *operis scilicet indicem, caussarum præconem, totius orationis brevissimam vocem,* uti appellatur à Senatore: in quo quidem Græcitatis verbũ ne quis continuò aspernetur, aut ut novitium rejiciat, ac denique ut Classicis Scriptoribus incognitum. Præterquã enim quod Theodosius & Valentinianus Imperatores in l. un. Cod. de studiis liber. urb. Rom. Senator non uno loco, Adamnanus, & aliquot è paullò vetustioribus; è recẽtioribus verò Gesnerus, Salmasius, aliíque non pauci hac utantur voce, an non ἑλληνισμὸν, *Græcationẽ,* & ἑλληνίζειν *Græciscare* habẽt Glossæ veteres Græcolatinæ? Deinde cùm Latinitas dicatur, cur non & Græcitas dici possit, minimè video: quod quidem vocabulum, etsi novum & à nobis confictum, in hocce libri lemmate necessarium fuisset. Non deerunt porro qui titulum eundem, ut plus nimio speciosum ac magnificum, & ut *ingentis illecebræ ad legendum,*

dum, ut verbis Gellianis loquar, explodant: vel quò faciliùs opus ipsum à Typographo distrahatur confictum velint, cùm plerúmque, juxta Ausonium, *quosdam libros solcat commendare materia,& aliquotiens fortasse Lectorem solum lemma sollicitet tituli*: proindéque verendum putem, ne dum *festivitates inscriptionum* consectamur, Pliniano verbo nobis aptato, nostra esse dicatur *propter quam vadimonium deseri possit, ita ut Lector cùm intraverit, nihil in medio sit inventurus*: vel denique illud Poëtæ nobis ingerant:

Quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?

Sanè fateri licet non omnia quâ par est fortè diligentiâ & locorum ubertate quæ damus vocabula exponi: tum quòd, ut supra diximus, pleraque ex iis jam antea sint à nobis descripta vel indicata; tum etiam quòd in hoc genere studij plura nosse vel annotasse haud contigerit, quod crimini dare cuiquam nefas fuerit, cùm omnia scire aut tenere se posse nemo profiteri audeat. *Multum restat adhuc operis*, aiebat Seneca, *multúmque restabit, nec ulli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adjiciendi*: deinde scitum illud Varronis; *nemo reprehensus qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam.* Satis igitur nobis erit, si ex iis quæ in libri limine pollicemur, quædam utcunque attingamus. Ceterùm tot viris eruditis, qui hac ipsa in arena hactenus desudarunt, gloriam præripere, & ex eorum laboribus libare laudem haud animus fuit, susceptâ hac lucubratione: Ex quorum scriptis nonnulla nos hausisse non diffitemur, ὥσπερ ἐπιφυλλίδα μετὰ τὸν τρυγητὸν καταλελειμμένον, καὶ ϛαχὺν μετὰ τὸν ἄμητον διὰ τὸ πλῆθος παρεωραμένον, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἐπὶ δένδροις ὀπώραν μετὰ τὴν συλλογὴν ἐκλελησμένην ἐπισωρεύσαντες, ut cum Joanne Damasceno in lib. de cura pro mortuis loquar. Velim enim suam habeant laudem qui Spartam hanc adornarunt: suus cuique constet honos, cui minimè derogari velim, Stephano à Solio, Dionysio Gotthofredo, Nicolao Rigaltio, Joanni Meursio, Christophoro Germano, Gerasimo Vlacho, Simoni Portio, Carolo Annibali Fabroto, & aliis si quipiam extent, ut neque Jacobo Gretzero, Joanni Morino, & Jacobo Goaro olim amico nostro, à quibus multa ad Græcanicas utriusque ordinis dignitates spectantia congesta sunt, quorum nomina non sine elogio laudamus. Ita tamen in iis versamur, *ut si fortè*, quemadmodum ait S. Augustinus in Epistola ad S. Hieronymum, *aliqua in aliquibus reperiantur, in quibus aliter quàm ij sensisse reperiar, non contra illos dictum, sed quod mihi videbatur à me scriptum esse, pu- tem Lectorem debere cognoscere: aut si cognosci non potest, credere debere.* Hac præterea mihi secundùm Senecam præscriptâ lege, *ut si alij probabilius aliquid attulerint, non gravatè ab opinione mea in sententiam eorum discessionem fecerim, majorémque hanc partem esse videri responderim.*

III. Atque ut institutum opus, quidve contineat, apertiùs Lector pernoscat, videtur inprimis pretium esse operæ, ut quæ in eo prosequimur argumenta, methodúmque ac rationem quâ pertractantur, singillatim exponamus. Quod quidem præstare conabimur, præmissis antea quibusdam de Caussis corruptæ Linguæ Græcæ, ac de variis hodiernæ & vulgaris apud Græcos hujusce ætatis dialectis, observationibus; ut hac instructus Lector cognitione, à quibusdam salebris sese faciliùs expediat. Enimvero de Linguæ Græcæ veteris dignitate, & ut in plerasque Europæ, Asiæ, atque adeo Africæ regiones sese effuderit, quicquam hîc congerere constitui, cùm id argumenti pridem viri summi peculiaribus editis Commentariis sint prosequuti. Deinde quis nescit Alexandri successores Reges in Ægypto & Syria eam ita intulisse linguam, ut præ patrio Syrorum & Ægyptiorum sermone Græcus prævaluerit? Alexandria mater ac magistra omnium artium ac disciplinarum Græcarum per Ptolemæos & Macedones Græca pro Ægyptia facta est, colonia jam ante Græcorum ab ipso Alexandro condita, amplissimæ Urbes in Syria Græcæ, & in Babylonia constitutæ, per Seleucos & Antiochos Macedonicam in se Hellenicam Linguam in illis regionibus suscitarunt. Hinc Συρομακεδόνων & Συροελλήνων nata appellatio; unde Seneca dixit: *Quid sibi volunt in mediis barbarorum regionibus Græcæ Civitates? Quid inter Indos Persásque Macedonicus sermo?* Sed & quis ignorat in Italiæ & Galliarum aliquot Provincias, Siciliam, aliásque remotissimas regiones sese propagasse eamdem Linguam? Ex quibus quidem facilè duntaxat erit conjicere, haud mirum videri debere, si eundo tot sordes subinde contraxerit, & si desciverit à puritate quâ antea censebatur, cùm intra unius gentis limites consistebat. Ita Macedonica sive Hellenica lingua per tot terrarum tractus transiens, & per militares homines traducta, pro ratione locorum & gentium, inter quas disseminata est, multos Idiotismos inde traxit, tam in verbis singulis, quàm in elocutionibus: cùm aliter fieri non possit, quin Græci Macedones inter Syros, Ægyptios, Italos, Gallos, Siculos degentes pleraque adfricuerint suæ linguæ ex eorum loquela, ut illi contrà nativum idioma pluribus Græcis vocibus & loquendi generibus corruperint.

IV. Macedonibus successere Romani in imperio Græciæ ac totius Asiæ obtinendo, qui universum Orbem fecere tandem Romanum. Per eos Lingua Græca, & communis etiam impurior facta est quàm dudum fuerat, ut Romanis innumeris quà vocibus, quà loquutionibus inquinata, sub quibus ut vult Salmasius, omnes dialectorum varietates abolefactæ sunt, cùm nullus ampliùs Atticismus, Jonismus, Dorismus, vel Æolicismus vigeret in loquendi consuetudine, quæ in totum mutata & corrupta habebatur, & uniformis facies Græci sermonis per universam Græciam diffunderetur, eáque corruptissima. Quot enim vocibus insititiis Romanis asperguntur Novi fœderis tabulæ? An non σουδάριον, φραγέλλιον, κουστωδία, τίτλος, δηνάριος, Κῆνσος, & alia hujusmodi hîc legere est? Quot deinde verba ex Græcis licèt conficta, sed quæ purior Græcitas respuerit, ibidem occurrunt, & quorum Catalogum quidam è viris doctis congesserunt, præter affèctatam ubique nescio quam χυδαιολογίαν, de qua tamen gloriabatur ipse Paulus in secunda ad Corinthios Epistola, εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ᾽ οὐ τῇ γνώσει, cùm ipse scilicet, & Evangelistæ κοινὴν illam seu communem, hoc est vulgarem & rusticam linguam usurparent. Non mirandum igitur, si in Provinciis negotiantibus Romanis refertis, & à Romanis Præsidibus gubernatis, plures irrepserint loquutiones ex populo dominante in dialectum populi subjecti. Neque id tantùm obtinuit in vulgi sermone, sed & apud eos qui Linguæ studebant venustati, qui non semel scripta sua, Attico sale ubique licèt condita, vocabulis ex Latio petitis, præmissâ interdum, ut fieri solet, interdum omissâ etiam præfatione, utuntur: quasi indigerent genuinis, quibus animi sensum patefacerent, dum, ut ait Hieronymus, *pro legentis facilitate volunt abuti sermone vulgari*. Idque inde accidisse par est existimare, quòd fieri vix aliter potest, quin dum inter alterius Linguæ homines quis versatur, ex eorum idiotismo quidpiam non contrahat. Ita Iulianus Imperator, in Epistola LV. (quod de se olim dixerat Naso, cùm apud Scythas exul maneret,) Barbariem aliquam se contraxisse profitetur, dum apud Barbaros versaretur, vir cætera Atticæ eruditioni addictissimus: τὰ δὲ ἐμὰ εἰ καὶ φθεγγοίμην Ἑλληνιστὶ, θαυμάζειν ἄξιον· οὕτως ἐσμὲν ἐκβεβαρβαρωμένοι διὰ τὰ χωρία. *Nam quod ad me attinet, mirum est si vel Græce loqui possim: tantam ex regionibus istis barbariem contraximus.* Deinde nulla unquam dialectus fuit quæ solis suis ac nativis vocabulis res omnes expresserit. Quælibet florentissimæ Linguæ & Gentium præpotentium, quia latissimas tenuere ditiones, multísque imperarunt populis ἑτερογλώσσοις, & cum multis rem habuere, commerciorum causâ, plurima ex alieno mutuatæ sunt. Fatendum etiam veniâ plerumque dignos haberi debere, si quando in iis, quæ Formalia vocant, verbis utantur Romanis, quæ si in Græcum convertissent sermonem, à paucis fuissent intellecti. Quot enim hujusmodi vocabula habentur apud Eusebium, S. Athanasium, S. Basilium, utrúmque Gregorium, Chrysostomum, & cæteros cultissimos alioqui Græcæ Ecclesiæ Patres, qui quidem, ut attigimus, præfatione aliqua præmissa Lectorem præmonebant, ne Barbarâ quâ usuri erant dictione offenderentur. Sic Synesius in Epist. LXVII. de Vacantivis agens, quos lingua Latina nominat; hæc subdit: ἀνέξῃ γάρ μου μικρὸν ὑποβαρβαρίσαντος, ἵνα διὰ τῆς συνηθεστέρας τῇ πολιτείᾳ φωνῆς τὴν ἐνίων κακίαν ἐμφαντικώτερον παραστήσωμαι, *paululùm enim barbarè loqui mihi liceat, ut usitatâ popularibus voce quorumdam improbitatem significantiùs exponam.* Et, ut alios omittam, Constantinus Porphyrogenitus Imperator in avi Basilij vita cap. LIII. dum supellectilem variam, verbis, quæ tunc erant in usu, recenset, hæc ait, καλὸν γὰρ ἐπὶ τούτοις κοινολεκτεῖν, quia deerant scilicet verba ex Græcis, quibus rudioribus paulò se percipiendum existimaret: habet enim gens ipsa artificum distinctam ab alio genere hominum dialectum: habent singula opificum Collegia & corpora infinitas voces τεχνικὰς, quæ nec aliis artificibus in usu sunt, nec aliis hominibus, quamvis ejusdem gentis & loci. Sic Michaël Attaliates de sui temporis jurisprudentia, quam Græci à Latinis hauserant, scripturus, simili præfatione utitur: ἐν οἷς δὲ δεῖ καὶ κοινολεξίαις, διὰ τὸ παντελῶς εὐδιάγνωστον, πραγματείαν ποιήσασθαι. *In quibus, etiam vulgari dictionis genere, quo faciliùs omnino intelligi queant, res mihi erunt pertractandæ.* Accedit deinde ut qui istiusmodi sermone vulgari, seu κοινῷ, conscriptos libros legunt, in Attico seu puriori rubiginem quandam obducant, ac loquutionis emendatæ characterem vitient aut corrumpant: quod quidem in iisdem, de quibus egimus, Græcis Patribus licet animadvertere, qui cùm veteris vel novi fœderis scriptis totos se dedunt, eorúmque verbis se componere compelluntur, posthabitâ cultioris styli munditiâ, non jam Atheniensium, sed Piscatorum sermone uti coguntur. Scitum quanta inter S. Basilium & Libanium Sophistam ob parile in eloquentia & in Attica eloquutione studium intercesserit amicitiæ necessitudo. At Basilius dum ad Libanium scribit in Epist. CXLVI. non semel de sui sermonis inelegantia se excusat, ut qui Mosis, Eliæ, & Ἀλιέων scripta, etsi incompta, veritatis tamen plena, quotidie legat, quorúmque se sectatorem

ac

ac disciplulum fatetur perinde ac gloriatur : ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, ὦ θαυμάσιε, Μωσεῖ καὶ Ἠλίᾳ, καὶ τοῖς οὕτω μακαρίοις ἀνδράσι σύνεσμεν, ἐκ τῆς βαρβάρου φωνῆς διαλεγομένοις ἡμῖν τὰ ἑαυτῶν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων φθεγγόμεθα, νοῦν μὲν ἀληθῆ, λέξιν δὲ ἀμαθῆ, ὡς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ. *Nos verò, vir admirande, cum Moyse, Elia, aliisque ejusmodi beatis hominibus versamur, nobis Linguâ barbarâ quæ eorum sunt edisserentibus, & quæ ab iis tradita sunt loquimur, veram mentem, insulsam verò dictionem, ut hæc ipsa docent.* Et in alia ad eundem Libanium Epistola quæ est CLXIII. τί γὰρ ἂν εἴποιμεν πρὸς οὕτως Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν, πλὴν ὅτι ἁλιέων εἰμὶ μαθητὴς, ὁμολογῶ καὶ φιλῶ. *Quid enim dicam ad egregiam illam Atticam linguam nisi quòd Piscatorum Discipulus esse, ac audiri volo & amo.* Noverat nempe Basilius Græcos ejusce temporis κεκαλλιεπημένων λόγων ἀκούειν, καὶ τούτοις κατακηλεῖσθαι amare, ut loquitur Theodoretus, divinarum verò litterarum simplicem communémque sermonem pro sordido habere, cùm diserta legere aut audire vellent quæ auribus blandiuntur, dulcibus & politis sive orationibus sive carminibus assueti, ut ait Lactantius.

V. Verùm tum maximè in Græca lingua accidit depravatio, cùm Constantinus Magnus in Thracia fixit sedem Imperij, ac plerosque è Senatoribus cæterísque Romanis Proceribus in Græcanicas Provincias secum traduxit. Nam cùm in Principum Palatiis Romanus, apud populares verò Græcus semper vigeret sermo, necesse fuit ut Romani Græcum, ita Græci Romanum utcunque addiscerent, quò in commerciis & familiaribus conversationibus sese invicem intelligerent. Sed dum Romani Græcæ, & Græci Romanæ Linguæ cognitionem inchoatè dumtaxat, nec planè consequuntur, suam dedidicere Romani Linguam, ut suam pariter Græci corrupere, vocibus perperam à Latinis, quibuscum quotidie communicabant, petitis, maléque confictis: Sicque Romani dum Linguam Latinam per totius Occidentis Provincias sibi subditas propagare, abolitis nativis, contendunt, Græcam in Oriente perdere cùm nollent, nec possent, corrupere unt, adeò ut verè Seneca dixerit, *Vix inveniri ullam terram quam indigenæ colant, permixta omnia & insititia esse, exterorúmque conversatione sermonem à patrio descivisse.*

VI. Cùm igitur in omnibus Gentibus certum sit aliter vulgum loquutum, aliter loquutos & scripsisse disertos, vulgaris ille sermo Græcus, quem κοινὸν appellatum fuisse diximus, Latinorum, ac cæterarum deinde Gentium, quæ in Orientis Provincias, Byzantiúmque, ubi sedes erat imperij, commercij caussâ commeabant, deterior effectus, sensim semper in pejus abiit. Nec apud populares dumtaxat, sed & apud illos qui paullò cultiores haberi volebant, atque adeo quidpiam mandabant literis, ista Linguæ corruptio propagata est; nam etsi ex iis non defuere qui ornatè & eleganter suos ediderint Commentarios, rem tamen non ita confecere, quin sæpe barbaris, vel perperam confictis vocabulis hos insperserint, à quibus interea potuissent abstinere, aliis è proba Græcia depromptis, etiam à quolibet intelligendi. Ejusmodi sunt plerique Byzantinæ historiæ Scriptores, quorum alij cultiores, ut Theophylactus Simocatta, Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha, Constantinus Porphyrogenitus præsertim in avi vita, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Joannes Cinnamus, Nicetas Choniates, Georgius Logotheta, Nicephorus Gregoras, & alij quidam haud inferioris subsellij, qui etsi sermonis munditiam coluerint, voces tamen corruptas vel barbaras, cùm id aliter fieri posse non putarent, subinde inseruerunt. Aliorum verò aliquot longè pluribus exteris istis, vel è vulgo mutuatis vocabulis scatent & fœdantur libri, ut Theophanis, & qui illius chronicon prosecuti sunt, Anonymi, Leonis Grammatici, Leonis Diaconi, Symeonis Metaphrastæ & similium, postremis potissimùm sæculis, in quibus quicquid hactenus superarat Græcanicæ eruditionis evanuerat omnino. Quantum enim Græcus sermo, etiam vulgaris ille ac popularis, sensim in pejus deflexerit, testantur præ cæteris Ducæ & Joannis Canani, qui urbis extremas clades literis commendarunt, Commentarij, in quibus & viget idiotismus, & voces vix etiam hodie apud Græcos notæ passim inveniuntur. Quam quidem depravatam omnino scriptionem sic excusat idem Cananus : Δέομαι τοὺς ἀναγινώσκοντας ταύτην, (τὴν ἱστορίαν) καὶ τῶν γραμμάτων τὴν πεῖραν ἔχοντας, μήτε τὸν κόρον τοῦ λόγου ἀκηδιάσωσι, μήτε τὴν σολοικοβάρβαρον καταγνώσονται φράσιν, ἐπεὶ κἀγὼ τῆς ἀπειρίας μου γραμμάτων ὁμολογῶ τὴν ἀσθένειαν· ἀλλὰ οὐδὲ διὰ σόφους, ἢ λογίους ἔγραψα ταῦτα, ἀλλὰ διὰ ἰδιώτας, καὶ μόνον ὡς καὶ ἐγὼ ἰδιώτης, ἵνα οἱ ἰδιῶται ἀπεριέργως καὶ ἀκαταγνώστως ἀναγινώσκουσι ταύτην. *Rogo Lectores meos qui literarum usu satis imbuti sunt; ne satietatem orationis fastidiant, neque dicendi formulas solœcis ac barbarie plenas, condemnent : cùm ipse inscitiæ meæ imbecillitatem profitear, imo ipse hæc neque doctis, neque eruditis, sed imperitis, mihique imperito similibus scribam, ut imperiti imperitorum more incuriosè & absque eo quod criminis notam inferant, perlegant.* Verùm hac in re indulgendum temporum istorum infelicitati, cùm scilicet Græcia universa sub barbarorum jugo gemeret, nec studiis liceret vacare ad extremam redactis

calamitatem & paupertatem. Solis enim ferè divitibus literis vacare licet, quibus est Ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος, ut ait Artemidorus lib. IV. Onirocrit. cap. LXIX. vel iis certè quibus non est *res angusta domi*, ut loquitur Satyricus, cùm post res acquisitas ad victum necessarias, tunc demum scientia quæratur, εἰωθυίας γε τῆς ἐπιστήμης μετὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων κτῆσιν ζητεῖσθαί τε καὶ ἐπιγίνεσθαι, inquit Bessarion in Epist. Cathol. quo loco Græciæ statum deplorat, in qua sua tempestate nullum ferè supererat literarum ac disciplinarum vestigium.

VII. Jam verò qualis primitus extiterit *popularis & quotidianus* ille *sermo*, uti ab Arnobio, seu lingua illa Græcorum κοινὴ ac δημώδης, ut à Longino vocatur, & an ad hodiernam, quæ corruptissima est, accesserit, quæri ab eruditis video. Aliâ enim, ut semel atque iterum monui, uti solet vulgus, aliâ honestioris ordinis viri, aliâ denique ordo doctiorum, & qui scribunt delicatiores sunt, & multa vitant chartis mandare, quæ etiam Aulicis in ore natant: qui scilicet, ut ait Damascius in vita Isidori Philosophi, τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν ὑπὲρ τὴν ἰδιώτην μελετοῦσι, *abdicata vulgari, veterem colunt linguam. Loqui nobis communiter datum est*, inquit Senator, *solus ornatus est qui discernit indoctos.* Certum est enim Romæ aliter vulgum loquutum, aliter scripsisse disertos. Tota theatra sæpe barbarè exclamasse tradit Quintilianus. At si ex ejusmodi exclamationibus, vel acclamationibus in theatris, vel etiam in Patrum Conciliis Ecclesiasticis, qualis apud Græcos fuerit vulgi sermo, colligere liceat, ab inferioris ævi sordibus longè illum abfuisse licebit conjicere. Si enim Circenses spectemus, quisquis legerit apud Theophanem Factionum in famosa illa Victoriatorum seditione clamores, vel quæ in Conciliis passim habentur acclamationes Imperatoribus, vel execrationes Hæreticis dictas aut factas, κοινὴν & vulgarem utcúnque veterum Linguam, non verò putido, ut hodie, idiotismo inquinatam inveniet. Verùm post Justiniani tempora sensim in deterius delapsa, nullis ferè constitit regulis, nec jam Grammaticæ præceptis paruit, sed licèt inter exoticas complures vocibus in speciem Græcis uteretur, cùm tamen inflexione fœdarentur, barbara tum appellari debuit, quandoquidem longè aberat ab illa communi, quæ viguit ac in usu fuit primis istis temporibus, quibus à puriori solâ ferè cedebat eloquutionis elegantiâ. Superest porrò vulgaris istius sermonis specimen apud Olympiodorum, ubi de Joanne Tyranno agit, scribentem, jactatas ejusmodi à plebe voces, Πίπτει, ὃ στήκει, neque enim vox στήκειν Græca est, tametsi non semel occurrat in S. Pauli Epistolis. Et in Concilio Constantinopolitano sub Mena, act. v. plebs urgens Patriarcham ut Ambonem conscenderet, exclamasse legitur in has voces, ἔμβα ποίησον, ἔμβα ἀναθεμάτισον Σεβῆρον, &c. ubi vox ἔμβα pro ἀνάβαινε usurpatur, uti in hoc Glossario docemus. Leguntur etiam sub extremis decimi sæculi, aliquot idiotismi Græcanici reliquiæ, saltem apud Siculos, in Rogerij Calabriæ & Siciliæ Comitis diplomate, quod edidit Fernandus Ughellus in tomo primo Italiæ Sacræ, quod licèt barbariem plurimam redoleat, utpote mixobarbaris passim deturpatum, non eâ tamen linguâ vulgari describitur, qualis hodie viget apud Græcos. Habentur præterea aliæ sub eandem tempestatem apud Annam Comnenam in Alexiade lib. 2. quo loco narrat, cùm Alexius parens, tum Magnus Domesticus, Nicephori Botaniatæ veritus insidias Urbe excesserit, plebeculam carmen illud ἐξ ἰδιώτιδος γλώσσης συγκείμενον decantasse: Τὸ σάββατον τῆς Τυρινῆς, χαρεῖς, Ἀλέξιε, ἐνόησες τὸ, καὶ τὴν δευτέραν τὸ πρωῒ εἶπα γεράκιν μου. Id est ad verbum: *Sabbato Tyrophagi* (seu quinquagesimæ) *valeas*, *Alexie, rem percepisti*, *alterâ hebdomadis die*, *diluculò*, *ecce meus accipiter*, supple evolat. Et alio loco describens cladem ad Distram, unde idem Alexius, tum Imperator, fugâ sibi Goloen consuluerat, ait hæc pariter decantasse Byzantios: Ἀπὸ τὴν Δίστραν εἰς Γολόην καλὸν ἄπληκτον, Κόμνηνε, *à Distra ad Goloen*, *præclara castra*, *ô Comnene:* quæ quidem in Hœschelij habentur editione, absunt verò à Luparea. Ex quibus colligere saltem licet regulas Grammatices non omnino observasse Byzantios, verbísque usos hac in re ab exteris mutuatis. Atque hæc in corruptæ iis temporibus Græcitatis specimen adduxisse suffecerit; nam qualis illa deinceps extiterit, ex aliis monumentis tum editis, tum manu descriptis satis supérque docemur, præsertim ex poëmatibus aliquot politicis, cujusmodi est illud in Bibliotheca Regia, quod Ptochoprodromum Auctorem præfert, Manueli Comneno Imperatori dicatum, proindéque scriptum circa annum MCL. & alterum sub annum MCCC. exaratum, de Bellis à Francis nostris in Morea seu Peloponneso gestis: quorum Poëmatum, ut & aliorum politicorum excerpta sæpe damus in hocce Glossario, ex quibus & similibus Græculorum opusculis, hodiernum sermonem à lingua illa communi longè deviasse ac descivisse planè docemur.

VIII. Neque tamen unus idémque est sermo ille apud omnes Græcanicarum Provinciarum incolas. Nam ut apud veteres ἰδιώταις & Τοπικὴ fuerunt dialecti, singulorum

nempe

[library stamp]

nempe populorum, Insularum, & Civitatum, ut Cretensium, Siculorum, Thessalorum, Cypriorum, Pamphiliorum, Cilicum, Carum, Pergæorum, & aliorum, quorum Glossas laudat & explicat Hesychius, ita apud hodiernos Græcos diversa pæne est in singulis tractibus dialectus, diversa loquutionis, diversisque exterorum aspersa vocabulis, atque adeo alia accentuum ratio. Nam qui sub Turcarum dominatione vitam agunt, ab idiomate Turcico; qui in Venetorum, ab Italico, voces mutuantur. In majoribus oppidis, qui sub Turcis, Græcè & Turcicè; qui sub Venetis degunt, Græcè & Latinè vel Italicè; in pagis denique Græcè duntaxat omnes loquuntur. Ita Belonius lib. I. observ. cap. IV. cui concinit Theodosius Zygomalas ad Martinum Crusium scribens: οἱ γὰρ πλησιάζοντες Λατίνοις τινὰς φωνὰς ἀναμιγνύουσιν, Αγαρηνοῖς ὁμοίως, οἱ Βουλγάροις ὡσαύτως, καὶ ἔτι ἔχουσι καὶ ἰδιώματά τινα ἐν τῇ προφορᾷ. *Qui enim Latinis vicini sunt, Latinas: qui Saracenis Arabicas: qui Bulgaris, Bulgaricas voces suo sermoni interserunt, præterquam quòd præterea quædam in pronunciatione peculiaria servant idiomata.* Et in alia ad eundem Crusium Epistola: ἡ ἁπλῆ καὶ κοινὴ αὕτη γλῶσσα, εἴτε δημοτικὴ, ἢ ἰδιωτικὴ τῶν νῦν δυστυχῶν Γραικῶν, πολύμικτός τις ἐστὶ καὶ διάφορος· εὑρήσεις γὰρ ἐν ταύτῃ Ελληνικὰς φωνὰς, ἢ καὶ λόγους ὅλους ἔσθ᾽ ὅτε, καὶ Ρωμαϊκὰς, ἢ καὶ Αγαρηνῶν, ἢ καὶ Αλβανῶν, ἢ καὶ ἄλλων ἐθνῶν. *Simplex enim & communis illa, seu vulgaris miserorum hodiernorum Græcorum lingua mixta admodum, multipléxque est. In illa quippe reperire est Græcas voces, quandóque etiam integras periodos Græcas, crebrò etiam à Latinis, Turcis, vel Albanis petita & accepta vocabula.* Mox subdit: οἱ Γραικοὶ, ὡς δένδρη μεράδια πεφυτευμένα ἐν τόποις πολλοῖς, οὕτως οἰκοῦσιν οὗτοι, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, παροικοῦσιν· ἐν γῇ γὰρ, φεῦ, ἀλλοτρίων εἰσὶ, διεσπαρμένοι, μέτοικοι, ἀναμεμιγμένοι ἔθνεσι. *Græci tanquam singulares quædam arbores variis in locis plantatæ, sic in iis habitant, non ut incolæ, sed potius ut accolæ. In aliena quippe terra, heu, habitant, ut ita dicam, tanquam inquilini, dispersi & Gentilibus immisti.* Deinde de singulis eorum dialectis: καὶ εἰ ἀκούσῃς Βυζαντίους λαλοῦντας, ἐνωτισθήσῃ Ελλήνων φωνὰς, ἁπλᾶς ἄλλας, καὶ τινὰς Αγαρηνῶν, ὧν ἡ πλῆθος, ἡ ἐν Βυζαντίῳ· καὶ ὧν (Αγαρηνῶν δηλονότι) ἀκούοντες, πολλάς τινας φωνὰς παρενσπείρουσι τῇ αὐτῶν ὡς καὶ ἱματίοις καὶ τισιν ἔθεσιν αὐτῶν χρῶνται· φιλεῖ γὰρ, φησὶ, γνώμη τῇ τοῦ ἄρχοντος ἕπεσθαι καὶ βιοῦν· εἰ δὲ ἀκούσῃς Κρῆτας, ἐκ τῆς λαλιᾶς γνωριεῖς, καὶ οἱ λόγοι αὐτῶν ἀνάμιξ τῇ Λατίνων φωνῇ καὶ ἄλλων· ἂν δὲ Πελοποννησίους ἄλλως ὅρα μεμιγμένον Λατινικοῖς. *Quod si Byzantios audieris loquentes, percipies Græcorum nonnulla vocabula, atque illa quidem simplicia, quædam à Saracenis, qui magno numero Byzantij habitant, mutuata. Quorum quidem (Saracenorum inquam) cùm sermones quotidie audiant, horum voces quamplures sermoni suo intermiscent, quemadmodum eorum vestibus ac moribus sese componunt. Natura quippe ita comparatum est, ut Principis exemplum sectemur, ejúsque moribus vivere amemus. Quod si Cretenses audieris, hos statim ex eorum loquela internosces, cùm multis illa Latinis aliisque dictionibus misceatur. Si verò Peloponnesios, complures pariter in eorum sermone Latinas voces observare erit.*

IX. Inter tot tamen dialectos, quas ad septuaginta apud hodiernos Græcos obtinere ait Symeon Cabasilas, aliæ aliis puriores ac meliores habentur: testatur enim Gerlachius Germanus apud Crusium, Linguam Græcam Constantinopoli multò nitidiorem, quàm in aliis Græciæ partibus, quia sedes Imperij ibi olim fuit, & à feminis disertè admodum & decorè eam pronuntiari. Thessalonicæ etiam, & in Macedonia, ut & in Peloponneso inveniri qui hodiernâ linguâ rectè & expeditè loquantur, auctor est idem Cabasilas: ἐν δὲ τῇ Θεσσαλονίκῃ καὶ Βυζαντίῳ, καὶ ἐν Πελοποννήσῳ, καὶ ἐν ἄλλῃ Ελλάδι εὑρήσεις καλῶς τὴν καθ᾽ ἡμᾶς ἰδιωτικὴν φθεγγομένους ἐνίους, ὡς καὶ τοὺς πάλαι κἀκείνους γὰρ ταύτην (τὴν ἰδιωτικὴν φημι) καθάπερ ἡμᾶς προφέροντας ἐν πολλοῖς, μάλιστα Κωμῳδίαις, εὑρίσκομεν. Τούτου χάριν οὐ μιξοβάρβαρον, ἀλλ᾽ ἰδιωτικὴν τῶν Ελλήνων τις ὀνομάσειεν, εἰ καὶ τινὰ τῶν βαρβαρικῶν λέξεων (ὡς τὰ τῶν μηνῶν ὀνόματα) προφέρουσιν. *At Thessalonicæ, Byzantij, & in Peloponneso, in reliquáque Græcia, invenias quosdam qui rectè hodiernâ vulgari linguâ loquantur, sicut veteres locuti sunt. Nam hos etiam vulgarem ita in plerisque, maximè comœdiis, ut nos protulisse invenimus. Quocirca, non cum barbarie mistam, sed vulgarem seu popularem eam nominaveris, licèt nonnullæ barbaræ dictiones (ut mensium nomina) è sermone Latino irrepserint.* Verùm variæ licèt sint dialecti, qui unam noverit, aliam facilè intellexerit: αὐτὸς δὲ μίαν καὶ μόνην μαθὼν, ἣν καὶ ἡμεῖς, ἁπάσας καλῶς εἴσῃ, ait idem Cabasilas. Quibus consona scribit Symeon Zygomalas: ὁ εἰδὼς λαλεῖν ἁπλῶς μίαν τῶν διαλέκτων (εἰπεῖν) ὡσεὶ οἱ Βυζάντιοι τυχὸν, ἢ οἱ Ναύπλιοι, οἶδε λαλεῖν, ἢ ἵνα εἴπω κρεῖττον, ἵνα καταλαμβάνῃ καὶ ἀκούῃ καὶ τὰς λοιπὰς, διαφερούσας καὶ ἐν προφορᾷ, ὡς εἴπομεν, καὶ ἐν λόγοις τισίν. Est enim, inquit idem Gerlachius, omnis ferè differentia in pronuntiatione & paucis dictionibus, adeo ut omnes quorumcumque locorum mutuò se intelligant, exceptis Ionibus, qui in Peloponneso inter Nauplium & Monembasiam quatuordecim pagos habitant, qui antiquâ linguâ, sed multifariam in Grammaticam peccante utuntur: qui Grammaticè loquentem intelligunt, vulgarem verò linguam minimè. Hi Zacones, seu Τζάκονες, vulgò dicuntur, de quibus nos egimus in hoc Glossario. His consimilia scribit Theodosius Zygomalas

gomalas : οὕτω καὶ Ἀθηναῖοι, Δῆλοι, καὶ Κρῆτες, καὶ Πελοποννήσιοι, καὶ Χῖοι, καὶ Νησιῶται, καὶ λοιποὶ ἄλλοι πλὴν εἰ καὶ ἐνίοις λέξεσι καὶ φωναῖς παρηλλαγμένως λαλοῦσιν, ἀλλὰ ἕκαστος τὸν ἕτερον καὶ ἄλλον οἶδε, καὶ ἀκούει αὐτοῦ λαλοῦντος· τοῦτο μόνον ὅτι εὐθὺς γινώσκει εἷς ἕτερον, ὅτι Βυζάντιος τυχὸν, Κρὴς, Χῖος, Ναύπλιος, Νάξιος, Νησιώτης, Ἠπειρώτης, ἢ ὅθεν ἂν ᾖ· ἡ γὰρ λαλιὰ αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν εἰπεῖν πως, δῆλον αὐτὸν ποιεῖ· ὅθε μὴ θαύμαζε, ἂν τοιαύταις ἐντυγχάνῃ φωναῖς· ὅπου γὰρ πλείω πτώματα, ἐκεῖ καὶ ἀετοὶ πολλοί· καὶ ὅπου ἔθνη πολλὰ καὶ γλῶσσαι ἔν τισι παρηλλαγμέναι, γινωσκόμεναι δὲ ὑπ' ἀλλήλων, ὡς συγγενῶν τε καὶ γειτνιαζόντων· οὕτω δὲ οἶμαι κἂν τῇ τῶν Λατίνων. *Sic Athenienſes, Delij, Cretenſes, Peloponneſij, Chij, Inſularum incolæ, ac reliqui alij, præterquam in aliquot dictionibus ac vocibus diſsimiliter loquuntur, ſed ſinguli alios loquentes intelligunt & ex eorum idiomate qui ſint percipiunt, ita ut ſtatim alter alterum internoſcat, quòd Byzantius fortaſſe ſit, Cretenſis, Chius, Nauplius, Naxius, Inſularis, Epirota, atque adeo unde quis ſit. Ejus enim loquela, juxta Domini vocem, manifeſtum eum facit. Neque tamen mirere, ſi talibus idiomatibus interſis: ubi enim plures ruinæ, hîc & multæ aquilæ. Et ubi gentes complures, hîc & in quibuſdam differentes linguæ, quæ tamen invicem intelliguntur, ut cognatæ ac inter ſe vicinantes: quod & in Latina lingua accidere prorſus exiſtimo.* Quod certè poſtremum veriſſimum eſt quoad Germanos præſertim, apud quos inferioris & ſuperioris Germaniæ, ubi varia eſt & diverſa dialectus, incolæ ſeſe invicem intelligunt: quod etiam de Italis, Gallis & Hiſpanis dici ferè poteſt, quorum lingua Latinam ut matrem agnoſcit. Sed quod ait Cabaſilas quatuor, quæ apud veteres Græcos in uſu fuerunt, dialectorum quidpiam etiamnum ſupereſſe, Salmaſij ſententiam quam ſupra ex eo attigimus, videtur refellere, ſcribentis in libro de Helleniſtica, Romanis Græciæ imperium adeptis, dialecti nomen cum re jam olim perdidiſſe. Cabaſilæ verba ſunt: ἔτι τῶν ἡμετέρων ἰδιωτῶν τοὺς μὲν Δωρικῶς, τοὺς δὲ Ἀττικῶς, ἄλλους Αἰολικῶς, ἑτέρους Ἰωνικῶς, πρὸς τούτοις δὲ καὶ κοινῶς φθεγγομένους εὑρήσοι τίς.

X. Inter tantam porrò apud Græcos hodiernos dialectorum varietatem, mirandum omnino quod ſcribit idem Zygomalas, nullibi deteriorem ac corruptiorem eſſe vulgarem eorum ſermonem, quàm apud Athenienſes: *Quorum* olim, ait Tullius, *ſemper fuit prudens ſincerúmque judicium, nihil ut poſſent niſi incorruptum audire & elegans: apud quos primùm ſe Orator extulit, primúmque etiam monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari:* quorum denique conceſſam venerem ne Græcos quidem in alio genere linguæ obtinuiſſe Fabius dicere auſus eſt. Quæ quidem Ciceronis & Quintiliani de Athenienſium perfecta dicendi vi laus eximia, ipſum etiam vulgum ſpectat, cùm in tanta tam eloquentium hominum multitudine, ipſius etiam plebis (ſcilicet ex parte) aures ita aſſueviſſent, iis quæ Atticorum germana erant, ut ſtatim adulterina internoſcere poſſent. Quod vel ex illa anicula colligitur, quæ Theophraſtum, hominem alioqui diſertiſſimum, ex unius verbi affectatione hoſpitem eſſe deprehenderit, eúmque nimium Atticè loqui dixerit. Quod argumento eſſe poteſt quàm ſagaci judicio hac in re ipſum quoque vulgus uteretur. Sed quantum à priſca illa & eleganti Athenienſium dialecto deſciverit quæ apud hodiernos urbis incolas hodie obtinet, teſtatur in primis idem Theodoſius Zygomalas hiſce verbis: καὶ τὸ χείριστον, τοὺς ποτὲ σοφωτάτους Ἀθηναίους εἰ ἤκουσας, δακρύων ἂν ἐγένου μεστὸς· ὅσον γὰρ, ὑπερεπερίσσευσέ ποτε ἐν αὐτοῖς ἡ καθαρὰ καὶ ἄδολος τῶν Ἑλλήνων φωνὴ, τόσον ἡ βάρβαρος ἐπληθύνθη καὶ ἀκούεται ἔξοχα πάντων. *Et quod pejus eſt, ſi Athenienſes ſapientiæ laude olim nobiles audieris, vix tenueris lacrimas. Quantum enim cæteris omnibus apud illos longè præſtitit pura illa & incorrupta Græcorum lingua, tantum hanc barbaries præ aliis hodie invaſit.* Qui quidem Athenienſium idiotiſmus ita eſt fœdatus, ut vix à Græcis cæteris, cùm ij loquuntur, nec quid dicant, omnino percipiatur, ut idem teſtatur Zygomalas: ἡ πλεὸν δὲ βάρβαρος ἡ τῶν Ἀθηναίων, ἥτις ἦν, ὅτε ὑπῆρχεν ἀρίστη· ἥντις εἴπῃ κατὰ διάμετρον τῇ πάλαι τὴν νῦν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι· ἀκούοντες γὰρ ἡμῶν αὐτῶν, ἐννοοῦμέν πως τί λέγουσιν, (ἐν γάρ τισι παρηλλαγμένως λέγουσι καὶ ὀνομάζουσι) καὶ πλὴν γελᾶν οὐ δυνάμεθα, ἐνωτιζόμενοι αὐτῶν. *Plus verò barbariei, quàm in reliquis, eſt nunc in Athenienſium lingua, cùm tamen ea fuerit olim, quando illa urbs florebat, præſtantiſsima. Quam hodiernam eorum linguam, ſi quis dixerit illi antiquæ ex diametro oppoſitam eſſe, à vero non aberraverit. Nam quando eos loquentes audimus, cogitamus quidnam & quomodo dicant, (in quibuſdam enim inuſitatè loquuntur, & peculiaria vocabula habent) cúmque percepimus, à riſu abſtinere non poſſumus.* Symeon Cabaſilas in alia ad Cruſium Epiſtola: περὶ δὲ τῶν διαλέκτων τί ἂν καὶ εἴποιμι, πολλῶν οὐσῶν καὶ διαφόρων ὑπὲρ ἑβδομήκοντα; τούτων δ' ἁπασῶν ἡ τῶν Ἀθηναίων χειρίστη. Mox: οὓς οἱ τὴν Ἑλλάδα οἰκοῦντες καλῶς τὰ πολλὰ φθεγγόμενοι, Βαρβάρους τὸ παράπαν ἀποκεκλήκασι, τούτους βδελυττόμενοι, ὥστε πεπονθέναι τοῖς πάλαι κατὰ διάμετρον. *De Dialectis verò quæ multæ & variæ ſunt, & fortaſsis amplius ſeptuaginta, quid dicam? earum tamen omnium deterrima hodie Athenienſium eſt.* Infrà: *Quos cæteri Græciæ incolæ in pleriſque bene loquentes, omnino barbaros appellant, eóſque abominantur. Itaque planè contrà quàm politiſsimorum veterum Athenienſium, hodierna ſe Athenis lingua habet.* Nemo verò hic nos arguat, quòd

quòd hæc prolixiora ex recentioribus istis Græculis descripta subinde proferimus, cùm quæ de rebus patriis, linguáque sua vernacula, tradiderunt, eorummet verbis addiscere maximè intersit. Cæterùm hæc Atheniensium hodiernorum idiotismi pravitas, seu barbarismus, ita radices egit, ut ex iis quilibet, etiam quinquennis puer, aliò quàm longè demigrans, maternam linguam nunquam dediscat: εἰ δέ τις αὐτῇ, καὶ πενταετὴς ἔστι, καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ παροικήσει, ὅλως τὴν πάτριον οὐ μεταβάλλει, inquit Zygomalas. Atque hanc Linguæ apud Athenienses corruptionem, Urbis, quam per trecentos, ut ait, annos est perpessa, vastitati adscribit, ex quo scilicet captâ à nostris Constantinopoli, in eorum dominationem venit anno MCCV. ex collectitia hominum fæce, ut fieri solet, eò undique confluentium sub Francorum dominatu Urbe identidem frequentatâ. Quod certè vel ex eo percipi potest, quòd, ut in Præfatione ad Glossarium mediæ Latinitatis, monuimus, testetur Raimundus Montanerius sua ætate, hoc est circa annum MCCC. Gallicum sermonem perinde ac in ipsa Parisiorum Urbe obtinuisse Athenis. Qua tum quidem tempestate exacto Athenarum Duce Gualtero Briennio Franco, in Catalanorum, ac deinde in Acciaivolorum ex Florentia Procerum jus potestatémque concessit, uti in Historia nostra Gallo-Byzantina fusiùs enarravimus. Ita Athenarum Urbe non à Francis modò, Catalanis, Italis, sed etiam ab omnium Gentium eò commeantium colluvie, habitatâ, quidquid ex eleganti illa Atticâ linguâ supererat, penitus intercidit ac interiit.

XI. Jam verò in quibus lingua Græcorum hodierna, de qua agimus, à puriori illa veteri desciverit, præterquam quòd longum esset persequi, attigere id argumentum qui vulgaris ejusdem linguæ Grammaticam ediderunt, Hieronymus Germanus, & Simon Portius, ex quibus haurire licet quæ ad nominum declinationes, & verborum conjugationes, & alia hujusmodi Grammaticalia spectant. Id porrò nobis in præsens adnotasse suffecerit linguæ istius corruptionem ac depravationem, ut rem leviter & quasi per transennam attingamus, in eo præsertim versari, quòd Græci hodierni literam pro litera ponant, alias addant, alias etiam adimant, terminationes denique nominum passim mutent, verbi gratiâ γ. pro δ. ponunt, ut in γιὰ, pro διὰ, pro ν. ut in τυραγνίζειν. Ε. pro ι. ut in ξυλένιος, κριθαρένιος, pro ξυλινὸς, κριθινὸς. Ζ. pro duplici τ. aut σ. ut in ταράζειν, ἀλλάζειν. Η. pro ε. ut in πονετικὸς. Λ. pro ρ. ut in Πλῶρα, φοῦλκα. Ξ. pro σ. ut in πείραξις. ξε. pro ἐκ, ut in ξεχωρίζειν, & similibus. Ο. pro α. ut in διάρθωσις. Π. pro φ. ut in ῥαπάνη. vel pro β. ut in ἐμπαίνειν. Ρ. pro λ. ut in ἅρμη, ἀρμυρὸς. Τ. pro θ. ut in φτάνειν. Υ. pro α. ut in ἀνυμένειν. vel pro φ. ut in ἀστράυειν pro ἀστράφτειν, ἔυθασε, pro ἔφθασε. Ψ. pro υς. ut in δούλεψις, pro δούλευσις. Addunt & interserunt literas, γ. in παλεύγειν, καίγειν, ἑρμηνεύγειν. Υ. in στερέυειν, τελέυειν, pro στερεῖν, τελεῖν. Ν. in φέρνειν, σύρνειν, αἱματώνειν, &c. Demunt literas, ut in βλέμα, ἀδία, χρία, πνέμονας, πέτερος, σωπαίνειν, ξαναλέγειν, νὰ, pro βλέμμα, ἀδεία, χρεία, πνέυμων, πένθερος, σιωπαίνειν, ἐξαναλέγειν, ἵνα, &c. Jam verò quoad terminationes, variè illæ à Græcis mutantur. Masculina in ης, efferunt in ας, ut φαυλατὰς dicunt pro φαυλητὴς. Adjectiva in ώδης, in ερὸς terminant, ut pro μυθώδης, ὑλώδης, καπνώδης, μυθερὸς, ὑλητερὸς, καπνοτερὸς dicunt. Masculina in ης terminationem ab accusativo mutuantur, ut ἀέρας, pro ἀήρ. Masculina substantiva in ων, interdum ex dativo formantur, ut in ἀηδόνι, pro ἀηδὼν: interdum ex accusativo, ut in αἰῶνας, πνέυμονας, pro αἰὼν, πνευμών. Masculina in αξ, υξ, ων, ας, & alia quintæ declinationis nominativum ab accusativo plurali mutuantur, ut in πίνακας, λάρυγκας, ἔλωπας, δαφνῶνας, γίγαντας. Masculina adjectiva in ος, vel in ων, sæpe in άρης terminantur, ut in ψαμιάρης, ἀποκρισιάρης, λησμονιάρης: vel in ένιος, ut in ξυλένιος, σιταρένιος, κριθαρένιος. Quædam masculina in ος, ex tertia & quarta declinatione nominativum habent desinentia in άκι, ut σχοινάκι, μιθαράκι, λυχνάκι, ὀρθύκι, ῥυάκι, γονατάκι. Feminina in η, in ι. terminantur, ut in ἀγώγι, pro ἀγωγή. quæ in ότης desinunt nominativum habent ab accusativo, ut in φαυλότητα, ἀδελφότητα: quæ verò in ις, sæpe in ιά deflectunt, ut in κλεψιά, παραλυσιά. vel in ιμον, ut σκάψιμον, χύσιμον, δέσιμον: aut nominativum ab accusativo desumunt, ut in ἀλυσίδα, κονίδα, ψαλίδα. Neutra in ον desinunt in ι ut in ἐργαστῆρι, σκεπάρνι, ἀλεῦρι: vel in ιν, ut in σιχάριν, γεράκιν, &c. Diminutiva in τζικὸς ferè semper efferuntur, ut in ἀγριωτζικὸς, pro ὑπάγριος: denique adverbia in ως, in ὰ etiam desinunt, ut in ἀγριὰ, pro ἀγρίως, &c. Quod etiam usurpatum à purioribus Græcis: nam ἐχόμενα, pro ἐχομένως dicebant, ut II. Reg. cap. XIV. & apud Athanasium in vita S. Antonij, p. 13. Hæc igitur leviter in specimen quoddam attigimus, ut non miretur Lector si ex ejusmodi vocabulis pleraque in hoc Glossario omittimus, tametsi quædam interdum demus.

XII. Sed præter hactenus observatas in Græcorum lingua vulgari varias illas commutationes, & quæ legentibus fucum facere solent difficultates, ille est opinor inprimis quæ circa literarum pronuntiationem versatur. Nam cùm plures simili sono, aliæ verò aliter quàm apud nos proferantur: accidit, quod pejus est, ut in scribendo, nulla Grammatices observato canone, ij literis quæ eundem habent sonum promiscuè utantur.

Cùm enim ο, & ω, prætereà literæ & diphthongi ι, η, υ, ει, οι, ſimili inter ſe pariter ſono pronuntientur, ſi ο vel ι noſtrum quantùm ad ſonum, adſit deſcribendum, alteram ex iis prout libuerit adhibent: quæ quidem antiquariorum in orthographia ſupinitas, miram in legendo minùs verſatis parit obſcuritatem, quod non librariis duntaxat omnis literaturæ expertibus adſcribendum videtur, cùm apud Græculos paulò doctiores, nullum pariter in hiſce literis exarandis obſervent diſcrimen, ſi quando lucubrationum ſuarum præſint editioni. An apud Græcos veteres literarum eadem fuerit quæ apud hodiernos pronuntiatio, diu agitatum inter eruditos nemo neſcit: maximè verò inter Stephanum Vintonienſem Epiſcopum, Cantabrigienſis Academiæ Cancellarium, (quem neſcio cur in Anglicanis Antiſtitibus omiſerit Goduinus) qui Græcorum recentiorum pronuntiationem, quæ in pleriſque Academiis, ac tum in Cantabrigienſi obtinebat ſervandam, & pro jure ſuo minimè mutandam ſtatuerat, & Joannem Checum ac Thomam Smithum, ejuſdem Academiæ Profeſſores, qui ad veterum Græcorum pronuntiationem revocandam cenſebant: quæ quidem celeberrima inter Viros eruditiſſimos controverſia, ſcriptis in utramque ſententiam, dum ſuam quiſque acriùs tuetur, præclaris declamationibus, eſt pertractata. At Simon Portius origine Græcus Cretenſis, mirari ſe ait quoſdam doctos, & non vulgari præditos eruditionis varietate, eò temeritatis veniſſe, ut germanam, integram, & πατροπαράδοτον recentiorum Græcorum pronuntiationem chimericis neſcio quibus ducti conjecturis totis viribus auſi fuerint quàm ſanè temerario judicio, ſic irrito conatu pervertere ac deturpare. Profectò, ſubdit ille, ſi Græcis maternæ linguæ flexiones, & unà cum lacte acceptos hauſtóſque ſonos, & accentus puros & intactos audes denegare, cur barbaris eos concedas, cur extero cuíque, qui aliarum nationum accentus ſuo nativóque accommodat, toto, ut aiunt, cælo à recta earundem nationum pronuntiatione aberrans atque deflectens. Sed has inter ſe controverſias dirimant Viri eruditi, nam ad alia nos properamus, ne nimium excreſcat oratio.

XIII. Negotium præterea faceſcere ſolet Græcorum recentiorum poëſis illa vulgaris, quæ tam in editis quàm in manuſcriptis codicibus legitur. Conſtat enim illa verſibus politicis, de quibus fusè egimus in Gloſſario mediæ Latinitatis, ſed ita ſemper malè deſcriptis, ut niſi quis in iis perlegendis admodum ſit verſatus, quidpiam adſequi vix poſſit. Verba enim plerumque unà & ſimul ita connexa ac ligata ſunt, ut primo intuitu pro barbaris habenda videantur, quæ ſi ab invicem divellas Græca erunt, licèt interdum vulgari modo formata & deſcripta. In quam ſententiam audiendus Martinus Cruſius: *Talis*, inquit, *compoſitio dirimendorum, & diremptio componendorum neminem vulgaris linguæ ſtudioſum turbet. Vſitata enim, in tanta barbarie, tum in manuſcriptis, tum in excuſis. Ego autem de induſtria, quando hæc mea manuſcripta edere volui,* τὰ ὀρθογραφικὰ σφάλματα *ubique inter deſcribendum retinui: Ita videmus nullum hodie in Græcia diſcrimen inter* ι, *&* η, *&* υ, *&* ει, *&* οι, *& in ſimilibus aliis: nec in ſcriptione nec in pronuntiatione. Nec hodie modò hæc orthographiæ neglectio apparet, poſtquam ex libera Græcia facta eſt Turcogræcia, ſed in antiquis manuſcriptis, quandiu Imperium Græcum adhuc ſtabat, conſpicitur.* Inſperguntur deinde in iis verſibus ubique ferè particulæ illæ, quas Expletivas vocant, de quibus agit pluribus in Grammatica ſua idem Portius, quæ ut plurimum nihil ſonant, unius elegantiæ duntaxat gratiâ vocibus adjunctæ. Adde quòd in iis verſibus crebræ ſunt eliſiones ac decurtationes verborum, in quibus ſæpe accentus omittitur, vel ſi adſit, duobus ſimul junctis vocabulis unicus apponitur, nullis penè obſervatis ex iis quæ à Grammaticis in hiſce traduntur regulis. Aiunt porrò Græci ipſi apud eundem Cruſium, ut & hoc obiter adnotem, in Inſulis moris eſſe mares inter ſe certare viciſſim talibus carminibus, maximè ex iis Amatoriis & Mileſiis fabulis, quiſnam plures ex iis verſus recitare poſſit: ſic etiam inter ſe honeſtè certare juvenem, & virginem charam, intra ædes: adeſſe auditores qui annotent, fieri hæc animi causâ, accedere convivia, cantus.

XIV. Tametſi apud hodiernos Græcos paſſim in uſu ſit lingua illa vulgaris, de qua agimus, alia præterea apud eos viget, Græca ſcilicet antiqua & pura, cujus uſus eſt in ſacris celebrandis. In ea enim & Miſſas & reliqua Officia recitant. Lectiones etiam, quæ inter Officia habentur, omnes eâ linguâ conſcriptæ ſunt, ut pote à viris pietate & doctrina conſpicuis dudum compoſitæ. Sed & altera etiam habetur, quam Eccleſiaſticam vocare ſolent, quòd eam in Eccleſiaſticis concionibus: aut in tractatibus, atque adeo in Epiſtolis Eccleſiaſticis conſcribendis adhibeant: antiqua ſcilicet illa, ſed non adeò pura, quin dialecti vel etiam voces vulgares ſubinde intermiſceantur. Qua quidem utuntur viri Eccesiaſtici, quòd complures orationes hac in antiqua, quàm unam in vulgari lingua componere facilius ſibi eſſe dicant. Ejuſmodi ſunt Rhartturi διδαχῶν

&

& ſimiles Græculorum paulò doctiorum libri, Venetiis, & alibi editi: ut & Ægyptij Sultani ad Joannem Cantacuzenum Imperatorem Epiſtola, quam ipſemet Cantacuzenus deſcripſit in libro IV. Hiſtoriæ cap. XIV. & ex Arabico in Græcum ſermonem ab aliquo Eccleſiaſtico, vel Palatino interprete converſam fuiſſe par eſt conjicere. Neque mirum videri debet, ſi quibus apud eos elocutionis major eſt cura, idiotiſmos toties interſerant, cùm nullæ in universa Græcia habeantur ſcholæ, præter fortè triviales aliquot & Grammaticales, adeò ut pauciſſimi in iis eruditi, quíque veterem Græcam linguam apprimè calleant, hodie reperiantur. Atque hactenus quidem ſermonem inſtituimus de vulgaribus linguæ Græcæ idiotiſmis, qui cùm Grammaticam in primis ſpectent, ut eorum aliorúmque qui hodie paſſim vigent ampliorem cognitionem indipiſci Lectori liceat, vulgaris ejuſdem linguæ Grammaticam jam olim à Simone Portio viro doctiſſimo editam, hîc rurſum recudere operíque noſtro præfigere duximus operæ-pretium. Sed cùm aliud longè ſit in Gloſſario hoc noſtro conſilium, nempe ut voces barbaræ & ξενοφωνίαι, uti appellantur à Julio Polluce lib. II. cap. IV. & Mauricio in Strategicis lib. VI. cap. I. explicentur, quæ ſcilicet apud Nomicos, Liturgicos, Tacticos, Jatricos, Botanicos, alióſque inferioris ævi Græculos ſcriptores occurrunt, vel quæ apud Græcos hodiernos ſunt in uſu communi, quâ id methodo conficiatur à nobis, breviter aperiendum videtur.

XV. Ut porrò initium ducam à Nomicis, quantum præclara illa ac diſerta admodùm Juriſprudentia, cum Imperij ſede in Græcanicas Provincias traducta, variantis fortunæ viciſſitudinem paſſa ſit, teſtantur quos præ manibus terimus recentiorum ex Græcis Juriſconſultorum libri, tot vocibus partim è Græcia petitis, ſed rarioris, nec vulgaris ſignificationis, partim ab ipſo Latio mutuatis, aſperſi. Nam quantumvis mens ea videatur fuiſſe Conſtantino, dum Româ Byzantium tranſiit, ut patrium ſermonem ſervaret; & ſi Græcum non aboleret, quod quidem fieri vix poterat, ob linguæ dignitatem, quam ſuſpiciebant etiam Latini, & quòd nemo ea eſſet ætate qui illius non haberet cognitionem, ſaltem Romanum in novam Urbem, atque adeò in Græciam ſenſim pariter immitteret: ita ut utroque idiomate in commerciis promiſcuè omnes uterentur. At cùm vulgus in nova lingua addiſcenda diſciplinæ vix ſit capax, contrà verò tenax ſit patriæ, accidit ut duplex vigeret in uſu ſermo, ac Romanus quidem in Imperatorum comitatu ut patrius, Græcus verò apud vulgum ut anteà obtineret. Mens porrò Conſtantini vel inde pateſcit, quòd novæ Urbi conditæ Latinum pariter & Græcum nomen indiderit, novâ Româ ſimul & Conſtantinopoli eâ appellatâ, ejuſdem Urbis regionibus, ac ædibus tum ſacris tum prophanis utraque inſuper nomenclaturâ interdum donatis. Sed Romanæ linguæ prærogativam ſemper ſervari voluiſſe ex eo potiſſimum colligitur, quòd, ut tradit Euſebius in libro III. de ejuſdem Auguſti vita cap. XIII. in Concilio Nicæno Latino ſermone peroraverit, quæ alius quiſpiam Græcè interpretatus eſt, licèt cùm Epiſcopos qui eidem Concilio intererant, privatim alloqueretur, Græcâ uteretur linguâ, in cujus cognitione etiam verſatus erat. Deinde ex quo conceſſit in novam Urbem, Conſtitutiones omnes Latino ſermone conſcripſit, quod à ſucceſſoribus diu ſervatum, & uſque ad tempora Juſtiniani; nam etſi veterum Juriſconſultorum Latinorum reſponſa per Tribonianum colligi curaverit Juſtinianus, confecto ex iis Pandectarum volumine, aliorúmque Auguſtorum Conſtitutiones Romano pariter idiomate conſcriptas retulerit in Codicem, ſuas tamen Græco exaratas in eo inſeruit. Sed & alias, quas edito Codice publicavit, & Novellas Latini, Νεαρὰς Græci appellarunt, Græcè perinde edidit & emiſit. Quippe cùm populos, quibus lingua illa familiaris erat, inprimis ſpectarent, ſatius viſum eſt Iuſtiniano ejuſmodi decreta Græco ſermone deſcribi, quàm Romano, licèt patrio, ut ſubditis pleriſque eo utentibus nota ſtatim fierent, ut ipſemet profitetur in Novella VII. cap. I. hiſce verbis: Διόπερ αὐτὴν καὶ προὐθήκαμεν, καὶ οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγράψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ κοινῇ τε καὶ Ἑλλάδι, ὥστε ἅπασιν αὐτὸν εἶναι γνώριμον, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἑρμηνείας. *Ideo hanc emiſimus & non patrio ſermone Legem conſcripſimus, ſed hoc communi & Græco, ut omnibus nota ſit, propter interpretationis facilitatem.* Imperij enim ſede Româ Byzantium tranſlatâ, Græci Romanis permixti, cùm his aliquantò plures numero eſſent, linguam ſuam, patrióſque mores ad finem uſque conſtanter retinuerunt, Ἕλληνάς τε ἀπὸ τοῦδε Ῥωμαίοις αὐτοῖς ἐπιμιγνύντας, γλῶτταν μὲν καὶ ἤθη τὰ σφῶν πολλῷ πλέονας Ῥωμαίων Ἕλληνας αὐτοὺς ἐπικρατεῖν διὰ τέλους φυλάξαι, ut lib. I. ſcribit Laonicus, licèt, ut ſubdit, Romanorum Imperatores ſeſe ſemper appellari voluerint Auguſti.

XVI. Et ſanè id ſemper obſervatum legimus à Principibus qui vel armis quæſiere regiones exteras, vel alio quovis jure obtinuere, ut patrium ſermonem in palatiis ſervarent, leges verò ſi conderent, qua vulgus utebatur linguâ eæ conſcriberentur. Nam ut

altiora tempora non repetam, quis nescit Francos nostros & Burgundiones in Gallia, Gotthos, Vvisigotthos & Langobardos in Italia & in Hispania, ac Normannos Neustrios, ex stirpe regia Francorum Andegavenses Comites in Apulia & Sicilia patrium semper coluisse idioma, dum interim leges populari, id est, Romano sermone promulgarent. Hinc Salicæ, Ripuariæ, Bajoaricæ, Burgundicæ, Vvisigotthicæ, Langobardicæ, & similes Latinè exaratæ leges etiamnum supersunt, quòd lingua Latina seu Romana Italorum, Gallorum & Hispanorum ea ætate esset, proindéque subditorum commodis sese accommodare debere Principes existimarent. Enimverò cùm in laudata Justinianea Novella, Latina lingua πάτριος appelletur, satis inde efficitur in Imperatorum aula & comitatu in usu fuisse communi, nec abolitam: maximè cum certum sit plerasque etiam Leges Justiniani utroque conscriptas fuisse sermone: ac Græco quidem propter majorem subditorum eo utentium multitudinem, in iis potissimum provinciis, in quas sedes imperij translata videbatur: Romano verò, ut essent quæ ad Præfectos Prætorio Occidentis, in Italiam, Galliam, Africam, cæterósque tractus, in quibus vigebat Latinus sermo mitterentur. Quod quidem præsertim docemur ex ejusdem Imperatoris Novella LXVI. cap. I. in qua hæc verba describuntur, quæ rei firmandæ, hîc exhibere videtur operæpretium: διότι γενομένων ἡμῖν ἰσοτύπων διατάξεων περὶ τοῦ μέτρου τῆς ἐνστάσεως τῶν παίδων, τῆς μὲν τῇ Ἑλλήνων φωνῇ γεγραμμένης, διὰ τὸ πλήθει κατάλληλον· τῆς δὲ τῇ Ῥωμαίων, ἥπερ ἐστὶ καὶ κυριωτάτη, διὰ τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα· ἡ μὲν Καλάνδας Μαρτίας ἔχει, γραφεῖσα μὲν τότε, οὐκ ἐμφανισθεῖσα δὲ τηνικαῦτα εὐθύς· ἡ δὲ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ γεγραμμένη πρὸς Σολομοῦντα τὸν ἐνδοξότατον τὸν ἐν Ἀφροῖς ἡγούμενον Πραιτωρίων, Καλάνδας Ἀπριλλίας προσγεγραμμένας ἔχει· Διόπερ οὐδὲ ἡ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ γραφεῖσα γέγονε παραχρῆμα καταφανής, ἕως καὶ ἡ τῇ Ῥωμαίων συντεθεῖσα γλώττῃ γέγονε, καὶ ἐξεπέμφθη, &c. *Ideo factis à nobis æqualis formæ constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Græcorum linguâ conscripta, propter multitudinis frequentiam: alia verò Latinâ, quæ etiam propria est propter reipublicæ statum; illa quidem Kalendarum Martiarum habet conscriptionis tunc diem: alia vero est Latinâ voce conscripta ad Salomonem gloriosissimum sacrorum Africæ Prætoriorum Præfectum Kalendis Aprilis. Quia verò quæ Græcâ linguâ conscripta est, non est publicata donec illa quæ Latinâ linguâ est scripta publicata est, & missa, &c.* Ex quibus abunde percipere licet plerasque Justiniani Constitutiones utraque fuisse descriptas linguâ, Romanam tamen κυριωτέραν habitam, ut quæ Imperatorum πάτριος esset, & Palatina, proindéque majori polleret auctoritate. Quod vel etiam ex eo præterea manifestè apparet, quòd iis quæ Græco sermone editæ habentur, adscripti Consulatus, interdum etiam Imperij anni, ac dies quibus emissæ sunt, non modò Latinè describantur, sed etiam formulæ aliæ, quæ Imperatoris ipsius manu adscribi solebant, ut in Novella VII. quæ est ad Epiphanium Archiepiscopum Constantinopolitanum, *Divinitas te servet per multos annos, Sancte ac religiosiss. pater.* In Novella XIII. & CXLI. *Proponatur Constantinop. Civibus nostris.* In Novella CVI. *Legi*, ut est apud veterem Interpretem, non *Legatur*, ut in editione Scrimgeri. In Nov. CXXII. ad Præsidem Tarsi, *Divinitas te servet per multos annos, Frater jucundissime.* Quinetiam qui populis offerebant, seu promulgabant Principum Edicta, oblationis notam in iis Latinè exarabant, hac formula, quæ habetur in Nov. CLIX. *Ioannes & Curius subditis optulimus.* Jam verò inscriptiones tum in Monetis, tum in operibus publicis Romano pariter sermone editas constat: tametsi in operibus publicis utroque interdum affigerentur, ut in Obelisco à Theodosio M. in Circo Constantinopolitano posito, cùm, ut jam attigi, uterque unà & simul esset in communi usu: unde legimus Marcianum Imperatorem in Concilio Calchedonensi in actione VI. Latinè primùm, deinde Græcè Patres allocutum. Hæc porrò linguæ Latinæ prærogativa ad tempora usque Mauricij & Heraclij perstitit, quibus imperantibus, plerisque ex Provinciis, ubi Romanus vigebat sermo, à barbaris pervasis, & ab Imperio avulsis, Augustorum Constantinopolitanorum ditiones intra Græcanicas duntaxat Provincias ferè coarctatæ sunt, συνωθείσης κατά τε τὰς ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας, καὶ ἀκρωτηριασθείσης ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἡρακλείου τοῦ Λιβύος. *Quùm angustius tam Orientem quàm Occasum versus Romanum Imperium factum sit, & Provinciis aliquot mutilatum ab Imperio Heraclij Lybici*, ut est apud Constantinum Porphyrogenitum in lib. I. de Thematibus.

XVII. Verùm Græcæ istæ Constantinopolitanorum Augustorum Constitutiones ita describi non potuere, quin in iis subinde insererentur formulæ Romanis Jurisconsultis familiares, ut & Formalia quæ vocant verba, vocibus Latinis, vel in Græcam enuntiationem deflexis ac detortis, exararentur: cùm has haud promptum esset mutare, vel in puriorem Græcum sermonem convertere, nisi prolixiori aliquo verborum ambitu, qui in præcipui momenti decreta nescio quid ingessisset obscuri & dubij. Neque tamen Græcos ævi Iustinianei Iurisconsultos hac duntaxat scribendi ratione usos constat: cùm

longè

longè antea Herennium Modeſtinum, Papiniani diſcipulum, qui ſub Alexandri Imperio vixit, in libris, quos Παραίτησιν ἐπιτροπῆς καὶ κουρατωρείας, ſeu de Excuſatione Tutorum, inſcripſit, hanc obſervaſſe legamus, in quibus Ignatij Dextri, cui dicantur, flagitationi ſatisfacturum ſe ait, Græcéque illos conſcripturum, quoad poterit, etiamſi difficilè eſſe agnoſcat ejuſmodi nomica ſeu juridica in Græcam linguam transferre: ποιήσομαι δὲ, inquit, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τὴν περὶ τούτων διδασκαλίαν σαφῆ, ἀφηγούμενος τὰ νόμιμα τῇ Ἑλλήνων φωνῇ, εἰ καὶ εἰδὰ δύσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς. Et certè in toto hujuſce operis contextu complures voces Latinas Græco charactere ac ſono deſcriptas inſerit, verbi gratiâ, κουράτωρ, ἐξκουσατίων, πάτρων, ληγάτον, & alias ejuſmodi non paucas. Hinc deinde Juſtinianus in Novellis Conſtitutionibus, Collectores Baſilicῶν, Theophilus, Euſtathius, Michaël Pſellus, Michaël Attaliates, Conſtantinus Harmenopulus, cæteríque ex Græcis Iuriſconſulti, ſibi idem quod Modeſtino licere arbitrati, voces Latinas Græco ſono interdum deſcriptas, quandóque etiam Latinas ipſas, ut formales, ſcriptis ſuis paſſim inſeruerunt, κοινολεξίαν διὰ τὸ παντελῶς εὐδιάγνωστον amplexi, ut idem loquitur Attaliates. Cùm verò rudioribus in re juridica iſtiuſmodi vocabulorum Græcis ipſis minùs nota eſſet ſignificatio, utpote à Latinis accepta, horum συλλογὰς Græci Iuriſconſulti ſubinde confecerunt, addita explicatione, quæ paſſim habentur in Regia Bibliotheca, undè eas eruit Carolus Labbeus, & in publicum emiſit. Alias etiam videre contigit V. C. Dom. de CHEVANNES Divionenſis Patroni beneficio, ex Manuſcripto Vaticano depromptas, Labbeanis meliores & auctiores, ſed dimidia ferè alphabeti parte mutilas, cùm à litera M. initium duntaxat ducant.

XVIII. Interdum etiam vocibus merè Græcis utuntur Græci iidem Iuriſconſulti, ſed quarum genuinam ſignificationem adſequi haud facilè ſit, niſi Latinorum Juriſconſultorum, quos in Græcam linguam, maximè in Baſilicorum libris, vertunt, ſubſidio. Complures alias ejuſmodi proferunt Gloſſæ ab Henrico Stephano editæ, & fortè, uti plerique ex viris eruditis cenſent, ante Iuſtinianum etiam uſurpatas. Utcúmque hac de ſententia ſit, quaſdam ex iis difficiliores minúſque tritas ita in hocce Gloſſarium referendas duxi, ut indicato brevi adnotatione harum ſignificatu, Iuriſconſultorum eſſe proprias duntaxat obſervem, ne nimium excreſcat voluminis moles. Multæ enim ſunt ejuſmodi, quarum genuina notio, iis etiam qui in Græcis verſatiſſimi hactenus habiti ſunt, vel ignota fuit, vel perperam accepta, adeò ut magnus Cujacius in lib. I. obſervat. cap. VI. non ferre ſe dicat Budæum & alios, *qui Gloſſas Græcas non ſatis bonâ, ut aiunt, avi, vel Græcorum ſcripta de jure Latina fecerunt*, in quibus plurimùm hos erraſſe probat, prolatis mendorum nonnullis exemplis. Contrà verò in lib. VIII. cap. XL. pleroſque ex hodiernis Iuriſconſultis carpit, qui veterem Novellarum interpretem temerè rejiciunt & aſpernantur, *cùm propter antiquitatem, tum propter eruditionem hominis*, ut qui Græca earumdem Novellarum vocabula Latinis ejuſdem linguæ Iuriſconſultorum, vel quæ certè tum in uſu erant, vocabulis eleganter verterit. Qua in re fatendum non ſemel nos experiri, Ruffini, Aniani, Iſidori mercatoris, Dionyſij Exigui, & aliorum, veteréſque adeo Conciliorum verſiones, quantumvis ex iis quædam interdum ſermonis inelegantiâ videantur aliquatenus laborare, recentioribus etſi comptioribus, & majori adornatis curâ, longè præferendas, quòd Græca vocibus Latinis ea ætate receptis ſoleant reddi, quò fit ut genuinam vocabulorum Græcorum vim, notionémque tandem aliquando adſequi liceat. Atque hæc quidem de libris Græcorum Nomicis.

XIX. Iam verò ut ſua verba ſunt foro, ſua ſemper etiam habuit Religio, non modò apud Paganos, ſed etiam apud Chriſtianos. Verùm in Chriſtiana, alia apud Latinos, alia apud Græcos ſunt, ſeu ritus ipſi, ſeu miniſteria, uti vocantur, circa res ſacras, ſeu cætera quæ in libris Liturgicis paſſim occurrunt, ſpectentur. Nec ſcio an ullibi magis neceſſaria ſit vocabulorum inſolentium explicatio, quàm in hoc argumento, tum quòd rem divinam ac ſacram ſpectent, tum quòd liberiori interdum excurſu in ritus noſtris minùs cognitos inquirere, réſque haud ſemper obvias Lectori patefacere liceat. Qua quidem in diſquiſitione ſumma cum eruditionis laude præ cæteris verſati ſunt Habertus, Allatius, Morinus, præſertim verò Iacobus Goarus, qui in inſula Chio diu moratus, ex aſſidua cum Græcis Preſbyteris conſuetudine, præclaram in rebus eorum ſacris cognitionem adeptus, Euchologium uberioribus Commentariis adornavit, quicquid ad Liturgica ſpectat doctè omninò proſequutus; ex quibus multa nos hauſiſſe ſubinde profitemur, ita tamen ut ab illo aliíſque pertractata novis ſæpe luminibus illuſtrentur.

XX. Habent etiam Græci Tactici, ſeu qui de Arte militari ſcripſerunt, ſua verba; nec mirum, cùm nulla ſit ars, quæ propria ac peculiaria non habeat. Toti ſunt

Ælianus, Arrianus, & Tactici superioris paulò ætatis, in recensendis explicandísque artis militaris vocibus, quarum etiam ex iis auctoribus adornatam συλλογὴν ex manuscriptis codicibus non semel publicarunt viri docti. Sed longè alias, iísque scriptoribus incognitas habent, qui posterioribus vixere sæculis, Mauricius, Nicephorus, Leo Imp. Constantinus Porphyrogenitus filius alijque, & ex iis infinitas propemodum barbaras, mixobarbaras, novè confictas, Hibridas, & à Latinis, vel ab exteris nationibus subinde acceptas, quarum scilicet genuinum significatum, vel certè etymon absque peculiari aliquo studio assequi vix liceat, cùm nullam ferè habeant cum vocabulis hac in arte Tactica, vel à veteribus Græcis, vel à Latinis usurpatis affinitatem. Neque mirum videri debet omninò, cùm apud nos etiam verba militaria quotidie mutentur, nova inducantur, alia ab exteris nationibus mutuò accipiantur. Id ipsum queritur Arrianus in Tacticis hisce verbis: n.47. καὶ τοι οὐκ ἀγνοῶ χαλεπὴν ἐσομένην τὴν δήλωσιν τῶν ὀνομάτων ἑκάστων, ὅτι οὐδὲ αὐτοῖς Ῥωμαίοις τὰ πολλὰ τῆς πατρίου φωνῆς ἔχεται, ἀλλά ἐστιν ἐκ τῆς Ἰβήρων, ἢ Κελτῶν, ἐπεὶ τὰ πράγματα αὐτὰ ὄντα προσέλαβον, εὐδοκιμήσαντος αὐτοῖς ἐν ταῖς μάχαις τοῦ ἱππικοῦ. *Non ignoro autem fore difficilem omnium vocabulorum explicationem, quòd ne Romani quidem ipsi multa eorum habeant ex sermone proprio, sed ex Iberico aut Celtico, quoniam res ipsæ Celticæ sunt, desumpta, quando eis in præliis Celtarum equitatus maximè placebat.* Gallica nempe hac in arte usurpabant Romani, ut ***xinema***, ***Tolutegum***, & alia hujusmodi, quæ vix alibi reperias, quàm apud Tacticos, qui, ut dixi, toti sunt in explicandis artis suæ vocabulis, seu dignitates seu militares ordines, seu varia etiam armorum, & bellicarum machinarum genera spectent, quibus explanandis licèt peculiari hactenus commentario edito insudarit Nicolaus Rigaltius, ea tamen hìc non omittimus, novis insuper nec fortè contemnendis observationibus idem argumentum adornare conati.

XXI. Non minori deinde Exoticorum & barbarorum vocabulorum numero fœdantur recentiorum apud Græcos Medicorum libri. Nam etsi ex iis ætate paullò superiores aliqui reperiantur qui puriori sermone revera scripserint, multa tamen interserunt, quæ nec Hippocrates nec Galenus agnoscant, vel quòd à literatorum vulgo suo ævo receptis abstinere nefas ducerent, vel certè quòd tum iis non occurrerent meliora. Verùm postquam Arabum in re medica, libri, qui complures deinceps extiterunt, cùm apud eos unà cum mathematicis scientiæ ἰατρικαὶ inprimis colerentur, transierunt in Græciam, ut novitas in re omni placet, posthabitis neglectísque primis divinæ hujus artis repertoribus, vel eruditis Professoribus, barbaricis istis ita dedere operam, ut barbara omnia spirarent, suósque ij commentarios barbaricis infarcirent. Sed id maximè accidit in recensendis stirpibus ad Medicinam idoneis, quarum pleræque ex Oriente in officinas advectæ, nomen exoticum servarunt, tametsi aliis apud Græcos, ac Latinos etiam, nomenclaturis donarentur. Quæ quidem nova nomina usurparunt deinceps Medici, quòd cùm ut intelligerentur scriberent, usitatis in vulgaribus officinis potiùs, quàm in veterum Medicorum libris receptis appellationibus, à nemine fortè tum percipiendi utendum sibi esse existimarent. Ejusmodi Medicos complures evoluere licuit ex Bibliotheca regia, & Botanicas Glossas, in quibus nihil intricatius, nihil obscurius reperiri potest, cùm propter Arabicas istas voces, aut à Latinis haustas, sed malè semper exaratas, vel redditas, tum quòd plerique ex iis Medicis vulgari omnino, in quo pauci versati sunt, sermone utantur. Accedit quòd Glossæ istæ botanicæ Antiquariorum ac Librariorum intolerabili negligentiâ, ne dicam inscitiâ, vel certè vitio gentis Disciplinarum omnium modò ferè expertis, ita perperam in manuscriptis codicibus descriptæ sunt, ut ne ipse quidem Apollo quidpiam consequatur. Qualiacumque tamen illa sint, in Glossarium nostrum prout habentur in iis descripta, etiam cum nævis ipsis, redegimus. Et certè antiquorum incuriâ vel inscitiâ libros quosvis, seu Græcos seu Latinos, passim fuisse corruptos, & plures in illos irrepsisse mendas palàm est: ita ut peregrinæ & barbaræ inde non semel voces sint enatæ, quæ si ut debuerunt, fuissent descriptæ, pro genuinis Græcis jure haberentur. Quam quidem Librariorum supinitatem carpit præ cæteris Sulpitius Severus lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ: *Non dubito*, inquit, *Librariorum potiùs negligentiâ, præsertim tot sæculis intercedentibus veritatem fuisse corruptam, quàm ut Propheta erraverit: sicut in nostro opusculo futurum credimus, ut describentium incuriâ, quæ à nobis non incuriosè sunt digesta vitientur.* Eapropter Basilius in Epistola CLXXVIII. Notarium quendam ut scribendo characteres rectè ac plenè fingat, hisce adhortatur: σὺ μὲν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τύπους ἀκολούθως κατάστιζε· ἐν γὰρ μικρᾷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος, τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τοῦ γράφοντος κατορθοῦται τὸ λεγόμενον. *Tu quidem, mi homo, curam adhibe ut characteres perfectè effingas, & formas ac typos pariter distinguas: minimo quippe mendo, plurimus sermo vitiatur: scribentis contrà diligentiâ rectus sanúsque fit.*

XXII. Enimverò in hisce Glossarij nostri explanandis ac illustrandis argumentis, non omittenda visa sunt vocabula Artis, si Diis placet, divinæ, quæ scilicet circa metallorum transmutationem versatur, quámque Chymiam appellant; quæ quidem eò sunt obscuriora, quò illius repertores, quæ in usu sunt communi, aliis insolentibus mutari debere existimarunt, ne mystica illa, quæ passim obtrudunt, tam facilè quibusvis paterent. Affectatâ enim ubique in scriptis suis peculiari quadam loquendi ratione, novis, suo arbitratu confictis & aliunde petitis, verbis, ac phrasibus semper utuntur, ut fortè legentium animos miserabiliter torqueant, vel saltem ut vanitate ac pompâ quadam mixtæ orationis fallant, magnarúmque rerum spe pascant: dum Chimerica quævis & fabulosa intermiscent, veluti mysteria quædam incognita: ac dictionibus ambiguis miserum mortale genus, viam potius obstruendo rebus inveniendis quàm aperiendo, ludificant. Prophetarum instar denique perplexo & involuto loquuntur sermone: ita ut non injuria Ægyptij, apud quos Divina ars ista inventa tum primùm dicitur, illius Professores hac appellatione donaverint, cùm ejusce argumenti arcana vocabulis ad libitum confictis, vel aliunde mutuatis, Prophetarum more, contegenda esse existimarent. Duplicem enim in Philosophorum libris esse solere obscuritatem ait Michaël Toxites, & ipse Philosophus Chymicus, in Præfatione ad Onomasticum Medicum; unam rerum, alteram verborum: *Res*, inquit, *quia magnæ sunt & divinæ, sub involucris docentur: ut nisi quis à Deo mentem illustratam habeat, eruere sensum nullo modo possit. Summa enim totius mundi arcana, secreta, & mysteria sapientiæ Doctores posteris tradiderunt, populúmque rudem, imperitum, ingratúmque, uti æquum erat, magnalia Dei, ne vilescerent, ænigmatis celaverant. Non enim conveniebat tanta mysteria communia fieri, quæ sapientiæ tantùm filiis destinata erant. Quamobrem linguâ etiam propriâ, vocibúsque singularibus usi sunt, unde altera, verborum scilicet, nata est obscuritas.* Neque aliis rationibus receptam hanc apud Chymicos scribendi methodum tuetur firmátque Pelagius, Philosophus perinde Chymicus, in libro MS. de Sacra Arte: ἡμεῖς μὲν, inquit, γράψαντες ἐῶμεν ὑμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐπιμόνως σχολάσαι, καὶ ἀνερευνῆσαι τὴν μυστηρίου τὴν ὑπόθεσιν. φησὶν γὰρ ὁ φιλόσοφος, ὅτι ἂν οἱ ἄνθρωποι γεγράφασιν, δαίμονες δὲ φθονοῦσιν· καὶ εἰκότως, ἐπεὶ βασιλείας οὐρανῶν οἱ πλείονες ἐντυγχάνοντες ἠξιώθησαν: *Dum in ænigmate scribimus, ea nobis mens est, ut librum hunc vobis legentibus, liceat constantem dare operam, & mystery argumentum investigare. Nam, ut ait Philosophus, ea si homines scribant, invidiâ statim corrodentur dæmones. Et sanè juremerito, quandoquidem complures ex iis qui huic divinæ arti studium impenderunt, cælorum regno digni habiti sunt.* Ita nugantur isti tenebriones. Ab Ægyptiis igitur, ut volunt, ad Græcos profluxit Ars Chymica, quorum scripta, cujusmodi complura leguntur in Bibliothecæ Regiæ Codicibus MSS. similibus tricis & vocibus implexa sunt ac intricata: quarum cæterùm explicationes habentur in Lexico Chymico metallico in Cod. Reg. DCXVIII. ex quo omnes ferè in hocce Glossarium retulimus, ne quid in eo quidpiam desiderent, qui illorum quantivis pretij librorum Lectioni malas horas collocant. Neque etiam posthabenda duximus quæ apud quosdam Botanicos Scriptores prostant, herbarum ac stirpium nomina, tum à Prophetis istis, tum ab aliis Scriptoribus subinde usurpata: præsertim verò quæ à recentioribus qui de stirpibus Commentarios ediderunt, omittuntur, ut si fortè inter legendum occurrant, eorum vim quivis possit percipere. Quæ quidem præsertim hausimus ab interpolatore Dioscoridis ex editione Aldina ann. MDXVIII. Unde eadem accepit quæ in sua Dioscoridis editione habet Janus Antonius Saracenus, & ex Apuleij Commentario de Medicaminibus herbarum, si quidem illius est: à quibus cæterùm varia à Latinis stirpium nomina iis Scriptoribus passim ignota, vel certè ab iis omissa, addiscere liceat. Nec istis duntaxat vocabulis insolentibus, sed etiam peculiaribus Notis iidem Chymistarum describuntur libri, quas nisi harum rerum periti assequi queant, vel certè absque earum interpretationis subsidio, qualis est illa quæ descripta legitur in laudato Codice Regio, hoc titulo: Ἑρμηνεῖαι τῶν σημείων τῆς ἱερᾶς τέχνης, καὶ χρυσούλου βίβλου; has, aut similes notas ex MSS. Codd Græcis pridem edidit Osvaldus Crollius ad calcem basilicæ Chymicæ. A Græcis deinde, vel fortè etiam ab ipsis Ægyptiis, eadem Ars Chymica, ad Latinos promanavit, qui simili usi scribillandi ratione, vocibus à communi usu remotis scripta sua innodarunt, quarum explicationem in Lexica tandem retulere, in eorum gratiam qui in istiusmodi librorum lectione versari volunt, Joannes Garlandius Philosophus Anglus, qui circa annum MXL. vixit, è recentioribus verò Paracelsus, suprà laudatus Michaël Toxites, Leonhardus Turnheisserus, Gerardus Dornæus, & Martinus Rulandus.

XXIII. Præter ista quæ in hacce lucubratione persequimur, ex his disciplinis, quas hactenus attigimus, (ut quod pollicetur frons operis absolvamus,) de Palatinis, Politicis,

cis, Ecclesiasticis, Monasticis, aliisque Dignitatibus passim etiam egimus, quarum nomenclaturæ longè sæpe aliæ ab iis quas usurpant Latini, ut & munia perinde diversa. Tametsi in hoc genere argumenti versati sint jam olim Viri admodum eruditi, fusioribus, ut suprà dixi, in Codini librum de Officiis Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ editis adnotationibus, tantùm abest, ut illud hîc omittendum, quin potiùs novis aliis nec fortean contemnendis adornandum censuerim, cùm rem ita ij pertractarint, ut multis aliis illustrari posse fateatur qui hæc nostra legerit, præsertim in iis quæ ad earum functiones, vel ad res alias eò spectantes pertinent. Et certè inter quatuor illas Byzantinæ Historiæ partes, quæ Lectoribus facessere negotium solent, in ejusmodi lectione paulò rudioribus, illa est imprimis quæ circa Dignitates versatur, quòd Latinis nostris vix notæ sint appellationes, & quale earum fuerit munus passim nesciatur. Neque tantùm in hocce opere prædictis insistimus, vocabula etiam vulgaria, vel mixobarbara, & à genuinis Græcis aliena sæpe damus, vel à vulgaribus hausta Lexicis, vel ab aliis descripta, prout sese nobis obtulere, ut si quando apud quosvis Auctores, sed præsertim recentiores illos, qui ex Manuscriptis Codicibus subinde eruuntur à viris doctis, occurrerint, horum explicationem depromere Lectori liceat. Ita tamen in iis versari solemus ut non vocabula omnia linguæ Græcæ vulgaris, sed ea duntaxat quæ à Græcis longè deflectunt, & apud Scriptores fucum facere solent, in Glossarium nostrum referamus. Præter istas enumeratas voces, quas in hac lucubratione expendimus, complures alias inseruimus, quæ licet Græcæ sint originis, novâ tamen & insolenti significatione efferuntur à Scriptoribus inferioris ætatis. Has λέξεις ξένως εἰρημένας scitè vocat apud Photium, Dorotheus, qui de iis librum inscripsit: quomodo etiam Socrates lib. III. Historiæ Ecclesiasticæ cap. XXV. τὸ δοκοῦν ξένον τισιν ὄνομα τὸ τοῦ ὁμουσίου, dixit. Nonnulla deinde alia sunt salebrosa, in Historicis potissimùm Byzantinis, quæ absque peculiari studio assequi vix quispiam queat: nomina scilicet apellativa, vel familiarum cognomina, sed & Dignitatum apud Latinos exteró sque nomenclaturæ, Græcis ipsis linguarum & historiarum quandóque imperitissimis vix notæ: quas quidem alienis apicibus additis ita transformare, & reddere solent, ut has nemo, nisi in nostratibus historiis exercitatus, statim percipere possit: præsertim etiam cùm scriptorum illorum Interpretes in iis reddendis sæpe cæcutierint. Ejusmodi sunt qui Latinorum res obiter attigerunt Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Joannes Cinnamus, Nicetas Choniates, Georgius Acropolita, Nicephorus Gregoras, Joannes Cantacuzenus, Laonicus, & aliquot alij, qui nostrorum nomina propria perperam ferè semper inflectere solent, & quorum pleraque enodamus, tum in Historia nostra Gallo-Byzantina post Villharduinum editâ, tum in nostris ad Historiam Comnenicam adnotationibus. Verùm ista ex iis sunt, quæ extra generales istos Commentarios, quibus adornari posse Historiam Byzantinam diximus, peculiarem Editorum operam exposcunt.

XXIV. Ex iis quæ hactenus sumus persequuti, in hac præfatione, nemo ferè erit qui ab ejusmodi putidorum librorum lectione non modò non abhorreat, sed & quosvis ex inferiori Græcia Scriptores statim refugiat, eadémque vel simili usos scribendi ratione plerosque putet, prælatis classicis illis ac disertis, in quibus evolvedis longè major est voluptas: Ita ut Fabij consilium auscultare renuant, existimantis (quod alibi attigimus) artis Oratoriæ Magistris haud inutile esse, etiam corruptas aliquando & vitiosas orationes legi palam pueris, ostendíque in his, quàm multa impropria, obscura, tumida, humilia, lasciva, effeminata sint: Aut Joannem Tzetzen, qui in Poëmate de Filiorum educatione, barbarorum Grammaticorum, atque adeò meretricularum, vel ganeonum limina pueris interdum terenda censet, ut pravos illos, qui iis in locis haberi solent, sermones aversari edoceantur:

Μένων ἢ πόρναις, καὶ καπήλων ταῖς θύραις,
Καὶ γραμματισταῖς βαρβάροις παρερπέτα,
Ὡς καὶ δοκήσεις τῶν λόγων ἀποτρέπειν.

Neque porrò Græcorum ejusmodi recentiorum, quantivis etiam pretij, usquequaque fastidiendi libri, ut illos tanquam nobiles ingeniorum unà cum Imperio deficientium reliquias, quasi optimi vini poscam, si frugi sumus, inter præclaros illos ac Classicos Scriptores interdum admittere non liceat, cum quibus, si meliores non sunt, indulgentiùs agendum, quod sæculorum quibus eorum Auctores florebant infelicitati, atque adeò qua premebantur calamitati, id præsertim adscribendum sit. Fatendum tamen non defuisse identidem viros studiosos, qui discussis, quæ iis vigebant temporibus, ignorantiæ tenebris, totos se eruditioni ac disciplinis tradiderunt nitidi sermonis lepores & elegantiam assecuti: qui, inquam, εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν, καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην

πάλαι

πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότητι καὶ φιλοπονίᾳ τελειοτέρα πρὸς φῶς ἤγαγον, καὶ οἱονεί τινα ἐχαρίσαντο ἀναβίωσιν, *qui elegantes Græcæ literaturæ numeros, & Atticam illam linguam longo jam tempore oblivionis gurgite demersam, ingenii dexteritate ac singulari studio in lucem produxerunt, ac velut ab inferis revocarunt*, quod de Georgio Cyprio Patriarcha Constantinopolitano dixit Nicephorus Gregoras.

XXV. Verùm nescio an iis accensendi sint Græci Scriptores aliquot in speciem admodum diserti, sed qui affectatâ quadam obscuritate, seu potiùs *atrâ verborum & argutiarum fuligine, id videntur agere voluisse, ut scire atque intelligere neminem voluerint quæ dicant*, juxta Agellium: *non contenti humano more loqui*, ait Hieronymus, *dum toti tument, & attollunt se per singula*, vocabulis de longinquo petitis, nec usus communis, atque adeò sæpe confictis & abstrusis, licèt à Græcis Auctoribus aliàs fortassean usurpatis, qui juxta Petronium Arbitrum, *levibus atque inanibus sonis ludibria quædam excitando efficiunt, ut corpus orationis enervetur & cadat*: seu qui, ut verbis loquar Georgij Hamartoli in Præfatione ad Chronicon, λαμπραῖς καὶ γριφώδεσι καὶ τετορευμέναις λέξεσι καὶ συντάξεσιν ἐντέχνοις, καὶ τῇ καλλιεπείᾳ totos se insistere videri volunt, *splendidis nempè, & intricatis, elaboratisque dictionibus, & concinnæ compositioni, ac eleganti verborum lenocinio.* Hos graphicè depinxit Longinus in libro περὶ ὕψους. Πολλοὶ, inquit, ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρίποδι πλησιάζουσαν, ἔνθα ῥῆγμά ἐστι γῆς, ἀναπνεῖν ὥς φασιν ἀτμὸν ἔνθεον, αὐτόθεν ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως, παραυτίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν. οὕτως ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων, ἀπόρροιαί τινες φέρονται, ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ, τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει. *Multi afflantur spiritu, eadem ferme ratione qua Pythiam ferunt, Tripodi vicinam, ubi terræ est hiatus, divinum, ut aiunt, halitum spirare, indéque vi numinis plenam, afflatu quodam fundere oracula. Sic enim ab veterum magniloquentia, in illorum qui eos imitantur mentes, tanquam à sacris adytis, effluentiæ quædam feruntur, quibus afflati, neque tamen nimiùm Deo pleni, aliorum magnitudine concitantur.* Ejusmodi sunt qui in omnium manibus versantur Nicetæ Choniatæ & Georgij Pachymeris Historiarum libri, in quibus idem passos se in Latinam linguam vertendis, quod ij passi sunt in scribendo, ingenuè agnoscunt Viri cæteroquin in lingua Græca pereruditi. Tametsi in controversiam venit an primitus ij pompatico isto scriptionis charactere commentarios suos emiserint, cùm Nicetæ præsertim in Bibliothecis iidem habeantur humiliori longè ac communi sermone descripti, vocibúsque interdum vulgaribus aspersi. Sed & testatur Petrus Possinus Historiam Pachymeris, vel certè illius Compendium stylo multò depressiori conscriptum haberi in Bibliotheca Vaticana, ita ut incertum maneat, an barbaroscripti isti Commentarij primarij sint ac authentici, quos nescio qui Græculi in exquisitæ alicujus, ac reconditioris doctrinæ specimen, novâ illâ facie donaverint: præsertim cùm cætera quæ ex iis Scriptoribus prostant monumenta, diversâ prorsus scriptionis ratione exarata legantur. Qua sanè longè satius esset Historias istas esse editas, quàm hac infacetâ & intricatâ, quámque in linguæ etiam Græcæ veteris cognitione versatissimi assequi vix queunt: *cùm præsertim*, secundùm Franciscum Balduinum, *Historiæ non sint verborum, sed rerum, neque unius alteriusve linguæ expoliendæ tantùm caussa comparentur, sed mentis erudiendæ.* Quippe ut ait idem Hamartolus: ἡ τοῦ λόγου κατασκευὴ καὶ ποικιλία τοῖς φιλοκρότοις καὶ φιλοκόμψοις καλλιεπείαις οἱονεὶ μεταμορφουμένη λυμαίνεταί πως τὴν προκειμένην θεωρίαν κλέπτουσα τὴν αἴσθησιν, καὶ πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς ὑποθέσεως ἐπισκοτοῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας, *affectata enim illa orationis structura, ad ostentationem scilicet ac strepitum comparata, quodammodo transformata, propositam deturpat materiam, sensúmque illico rapit, ac ingenij aciem, ne argumentum percipiat, retundit.* Nam etsi fortè deturpentur alicubi quibusdam barbariem redolentibus, ex iis saltem salebris, & inelegantibus vocibus haurire sæpe liceret, unde novæ cujuspiam eruditionis cognitio accederet. Adde quòd ut ait Anonymus Scriptor Vitæ S. Nicolai Studitæ, interdum θέλγει τὰ νηπίων ψελλίσματα ἐκ τῆς ἀτέχνου γλώσσης μάλιστα προϊέμενα. *Delectat etiam puerorum balbuties, qui linguæ offensione fiunt dulciores.* Rectè igitur longè magis præferendam simpliciorem illam scribendi rationem, atque adeò διαβαρβαρίζουσαν καὶ σολοικίζουσαν, præsertim in exaranda historia, censebat suprà laudatus Hamartolus, dum ait, κρεῖσσον μετὰ ἀληθείας ψελλίζειν, ἢ μετὰ ψεύδους πλατωνίζειν. Quippe, ut idem subdit, οὐχ ὅταν ὁ λόγος ῥεῖ, καὶ ἔξω τῶν ὅρων φέρεται, θαυμαστός ἐστιν, ἀλλ' ὅταν βραχὺς μὲν ᾖ τῷ μήκει, πολὺς δὲ τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ ἐν τῷ συντόμῳ τὸ ἀπαράλειπτον, καὶ ἀτεχὲς ἔχων τῶν ἀναγκαίων καὶ ὀνησιφόρων, ὑπὸ τοῦ καιροῦ μάλιστα καὶ τῆς βασκανίας, καὶ πάσης ἐθελοκακίας ἀπηλλαγμένων ψυχωθεὶς ζηλωτικώτερος ἀναδειχθήσεται. *Siquidem præstat vera vel balbutiendo dicere, quàm Platonem referendo mentiri: neque fluentem latéque vagantem orationem admiramur, sed quæ multa brevi verborum ambitu complectitur, contractáque necessaria utiliáque ubertim suppeditando, ab invidia & omni offensa apud posteros libera, multò alacrior & vividior est.* Et sanè ejusmodi Scriptores Κύμβαλα,

 vel

vel κύμβαλα ἀλαλάζοντα, scitè vocat Isidorus Pelusiota in lib. I. Epist. CVIII. & CLXIII. quibus aliàs aptari possunt ista Arnulfi Lexoviensis Episcopi, in Epistola ad Henricum Pisanum Cardinalem, ubi de Ennodio, *qui prima quidem*, inquit, *facie difficilis & obscurus incedit, & cùm rerum difficultatem stylus lucidior debeat aperire, intelligentiam potiùs sermo tenebrosus obtundit. Cúmque habeat multùm laboris inspectio, nihil habet assecutio voluptatis, quia nec absolutione sententia complacet, nec oratio venustate. Summa ejus intentio est, aliter omnia dixisse quàm cæteri, ideóque totum quod loquitur, exquisita quadam intricatione complicat & innodat, ut rectiùs Innodius, quàm Ennodius debeat appellari.*

XXVI. Sed quorsum hæc omnis spectat oratio? Quis enim de Græcitate, qua de agimus, ferè est sollicitus? Quotusquisque linguæ disciplinarum omnium parenti, hac qua vivimus ætate impendit operam? *Ubi ventosa nescio quæ & enormis loquacitas animos juvenum ad magna surgentes, velut pestilenti quodam sidere adflavit*: ubi vernacula penè omnia, Latina pauca, Græca, si quædam excipias, nulla, quasi *inter malas artes habeantur literarum Græcarum studia*, ut verbo utar Lactantij in libro de Mortibus persecutorum; *quibus defatiscentibus, si quæ offerantur typis mandanda, labascit in iis, præsertim si paullò grandiora sint, exprimendis operarum animus*, quæ est querela magni olim Cujacij in Præfatione ad Lib. LX. Basilicôn. Quod certè in hocce opere accidit, à quo edendo, præter eruditionis in illo fortè penuriam, *linguæ minùs publici hodie saporis* ratio Parisienses Typographos deterruit. Jámque dixeram cum Terentiano Mauro, *Hoc domi clausum manebit*: Cùm ecce vir rei Literariæ perquam studiosus Joannes Anissonius Lugdunensis, qui artis Typographicæ, quæ sub Gryphiis, Tornesiis, Rovilliis, aliisque pridem ea in Urbe floruit, reparandæ Gloriæ, dum paternis insistit vestigiis, sedulus incumbit, Glossarij nostri Græcanici typis suis elegantissimis edendi provinciam in se ultrò recepit: Cujus quidem perspectæ hactenus in prælo subactis ab eo tot voluminibus diligentiæ illud committere haud sum gravatus, cùm minimè dubitem, quin in illo edendo simili quâ in cæteris adhibita accuratione partam existimationem pro viribus tueatur. Verùm hîc ego neque tempora acerbiùs notare constitui, neque mihi Censoris partes adsumere in eam maximè culpam, cujus meipsum inter multos conscium fateri malo quàm convinci, & cui potiùs remedio aliquo in posterum succurri cuperem. Sed si disciplinæ, ut cætera omnia, habent sua fata, sua tempora, quidni etiam nostra non habeant tandem aliquando propitiam Erigonem? quæ, ut ait Manilius,

Ad studium ducit mores, & pectora doctis
Artibus instituit: nec tam compendia census,
Quàm caussas, viresque dabit perquirere rerum.
Illa decus linguæ faciet, regnúmque loquendi,
Atque oculos mentis quæ possit cernere cuncta,
Quamvis occultis naturæ condita caussis.

Gallia nostra, juxta Catonem, duas res olim semper persequuta est, rem militarem, & argutè loqui: & ut ait Hieronymus, (qui Galliarum studia suâ etiamnum ætate fuisse florentissima testatur,) fortissimis & eloquentissimis semper abundavit. At cùm res militaris nunquam in tantum sese in Gallia extulerit, quàm MAGNO sub Principe, exteris etiam, ipsisque Gallicanæ virtutis æmulis ultrò agnoscentibus, pristinum pariter decus receptura Literarum omnium studia par est existimare; neque minorem, quàm sub illo eximio horum parente, totiésque ab istius sæculi eruditis celebrato, FRANCISCO I. splendorem & existimationem consequutura. Nam cùm *Honos alat artes, omnésque incendantur ad studia gloriâ*, Réxque Munificentissimus non quibusvis modò, ac liberalibus præsertim instaurandis artibus pridem insistat, sed etiam propositis coronis (quas, sub illo, si iis aliquid credendum est, deferre gratia non solet,) addat in dies animos, sperandum fore omninò ut veterum Gallorum laus ista in studiis, neglectáque pars illa disciplinarum, de qua querimur, longè splendidiùs in posterum efflorescat.

pag. ij. *lin.* 18. *lege* Emerico, *p.* iij. *lin.* 40. *lege* neque vero. *pag.* viij. *lin.* 38. *dele* hodie.

SIMONIS PORTII ROMANI, DOCTORIS THEOLOGI

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΑΣ.

GRAMMATICA LINGUÆ GRÆCÆ VULGARIS.

Τῷ ἐξοχωτάτῳ ἄρχοντι

ΑΡΜΑΝΔΩ

ΤΩ' ΚΑΡΔΙΝΑΛΙ

ΔΟΥ'ΚΑ ΤΟΥ'

ΡΙΧΕΛΙΟΥ

καὶ τῆς Γαλλίας Πάρει.

Ετραβιξες, ὡς λογιάζω, (Εξοχώτατε Αρχοντα) εἰς ἔπαινον καὶ θαύμασμα δικόσου ταῖς γλώσσαις ὥρειμαις τῶν λαμπρῶν ποιητάδων καὶ τῶν ῥητόρων· ὀλίγαις ἀπαληθεινὰ ἂν ταῖς συγκρίνωμεν μὲ τὴν ἀξίαν σου, ἀναρίθμηταις πάλιν ἂν στρεφόμεσθεν πρὸς τὸ πλῆθος των. Καὶ ἀγκαλὰ καὶ ἐκεῖνοι μ' ἕνα στόμα τοῦ Ομήρου καὶ τοῦ Μάρωνος, ἢ μὲ τὴν εὐφραδίαν τῶν δύο πρώτων ἀρχόντων τῆς εὐγλωττίας δὲν ἐμπόρεσαν νὰ ζωγραφίσουν μὲ ζωντανὰ χρώματα τὴν μεγαλειότητα τῆς ψυχῆς, μήτε ταῖς συμβουλαῖς τῆς καρδιᾶς σου, ἄξιαις ὁλότελα τοῦ Δελφικοῦ Τριπόδου, μήτε τὴν σταθερὴν σου φρονιμάδα εἰς ὅλα τὰ πράγματα, μήτε τὰ ἐπίλοιπα στολίσματα τῶν ἀρετῶν σου καὶ τῶν ἔργων· μὲ ὅλα τοῦτα εἶναι ἄξιοι νὰ τιμηθοῦσι καὶ διὰ πάντα νὰ δοξασθοῦσι ὅτι καὶ ἀποκαλήσανε κατὰ τὴν δύναμίν τους νὰ σὲ μεγαλύνουσιν. Ανέβηκες δηλαδὴ τόσο ψιλὰ, καὶ ἦλθες εἰς τόσην ἀστραπὴν, ὁποῦ ξαπερνῶντας ὅλαις ταῖς γλώσσαις τῶν θνητῶν κάμνεις καὶ θαμπώνουνται τὰ μάτια καλὰ καὶ ὀξύθορα ἐκεινῶνε, ὁποῦ τολμοῦσι νὰ σὲ κοιτάξουν. Θαμπώνουνται, ἀλήθεια εἶναι, ἐκεῖνοι οἱ μεγαλώτατοι ἄνδρες, ἀμὴ τὰ μικρὰ καὶ ἀδύναμα παιδία φωτίζονται ἔτζι καλὰ μὲ ταῖς λαμπρόταταις ἀκτίναις τῆς φιλανθρωπίας σου καὶ εὐσεβείας, ὥστε ἀπὸ τζουνδαῖς ὁποῦ ἦτανε πρῶτα ἡ γλώσσαις των, γίνονται τώρα εὐγλωττάταις διαλαλῶντας ὁλοῦθεν τοὺς ἐπαίνους τοῦ ΡΙΧΕΛΙΟΥ, καὶ εὐχαριστῶντας τον μὲ εὐχαριστικαῖς φωναῖς. Ας μὴ σου εἶναι λοιπὸν παράδοξον ἀνίσως καὶ βλέπῃς σκυμμένην εἰς τὰ ποδάρια σου τὴν Ελλάδα, ὄχι τὴν παλαιὰν ἐκείνην καὶ φουμισμένην διὰ τὰ γραψήματα τόσων σοφῶν ἀνθρώπων, μὰ τὴν παροῦσαν καὶ δυστυχισμένην, ἀκόμι χοντρὴν καὶ εἰς κάποιον τρόπον στρουφογυρισμένην στὰ σπάργανά της. Ετούτη λέγω, ἡ ὁποία ὄχι μία φορὰ ἐδοκίμασε ταῖς ἐξαίσιαις εὐεργεσίαις τῆς ἐλευθερίας σου, γιὰ τὶ μὲ τὴν καλότυχήν σου ὥραν βλέπει ἕνα

Eminentissimo Principi

ARMANDO

CARDINALI

DUCI

DE RICHELIEU

ET GALLIÆ PARI

ADVLTAS, ut arbitror, (EMINENTISSIME PRINCEPS) illustrium Poëtarum ac Rhetorum linguas in Tui simul admirationem ac laudem, pro dignitate quidem non satis, præ multitudine tamen innumeras rapuisti. Quamvis autem illis immensam animi magnitudinem, Tripodéque dignissima Tui pectoris oracula, & constantem omnibus in rebus prudentiam, cæteráque gestorum, ac virtutum ornamenta, vel Homeri grandiloquique Maronis ore, vel utriusque Principis eloquentiæ facundiâ vivis delineare coloribus fas non fuit; at pro viribus tentasse magnum quid ac immortalitati dicandum. Eò namque splendoris & Maiestatis devenisti, ut omnium prorsus Mortalium linguis superior, intuentium præstringas oculos etiam perspicacissimos. Præstringuntur illa sanè clarorum virorum ingenia, sed imbecillium mentes ac infantium acies adeò speciosissimis Tuæ pietatis ac religionis radijs elucescunt, ut balbutientes prius eorum linguæ disertissimæ factæ, undique RICHELIANA resonent præconia, & in suaves gratiarum actionum voces prorumpant. Vnde non mirum si Tuis provolutam pedibus Græciam, non vetustam illam, & tot sapientum monumentis conspicuam, sed præsentem tot obrutam calamitatum ruinis, rudem adhuc & infantem respicias. Hæc quippe, non

semel amplissima Tuæ largitatis experta beneficia, quòd beatiore luce vitâque Tuis fruatur Auspiciis, si non eloquentes in Tui commendationem laudes, gratas saltem gestit depromere. Atque sub tanti Principis patrocinio læta, felicius velut è suis rediviva cineribus caput extollens benigniore gaudet cælo, puriores ebibit auras spirátque vitales. Tuis quoque insignita obstrictáque nominibus, lividos invidiæ dentes contemnit, Temporis voracitatem deridet, atque jam audax acutissimis sese dare non dubitat Criticorum aculeis. Parcas, precor (EMINENTISSIME PRINCEPS) ardentissimo tuæ Graciæ obsequio: Fácque, ut sicut ipsa Tuis illustrata fulgoribus communem aspicit lucem, sic Tuæ commissa Tutelæ, in pristinum restituatur splendorem ac libertatem. Deus Opt. Max. det Tibi pro meritis tanti voti compotem vitam, incolumémque conservet ad totius Christianæ Reipublicæ solatium, ejúsque hostium interitum, Patriæque subsidium. Sic Numen enixè rogat

EMINENTIÆ TUÆ

Addictissimus & obsequentiss. servus
SIMON PORTIUS Romanus.

γλυκύτερον φῶς, καὶ ζῆ μίαν μακαριώτεραν ζωὴν ἐπιθυμᾶ νὰ σὲ στολίσῃ ὄχι μὲ ῥητορικὰ καὶ ὄμορφα λόγια, ἀμὴ μὲ πλούσιον πόθον τῆς καλῆς τῆς καρδιᾶς. Καὶ χαρουμένη ὅτι εὑρίσκεται ἀποκάτω εἰς τὴν σκέπην τέτοιου μεγάλου ἄρχοντου, ἔρχεται σὰν νὰ ξαναζήσῃ τινάζοντας τὸ κεφάλι της ὄξω ἀπὸ ταῖς στάχταις εἰς ταῖς ὁποίαις εἶναι θαμμένη διὰ τὴν ὕβριν τῶν βαρβάρων, καὶ νὰ ἀνασαίνῃ ἕναν ζωντικώτερον καὶ καθαρώτερον ἀέρα καὶ οὐρανόν. Καυχᾶται μάλιστα γιὰ τὶ φωτισμένη καὶ δεμένη μὲ ταῖς μεγαλοσύναις τοῦ ὀνόματός σου δὲν ψηφᾶ τὰ μελανὰ δόντια τοῦ φθόνου ἀναγελᾷ τὴν ἀχορταγίαν τοῦ χρόνου, καὶ τολμηρότερη δὲν φοβᾶται νὰ βαλθῇ ἀνάμεσα σταῖς ἀκονισμέναις σαΐτταις τῶν Κριτικῶν. Συμπάθησε, παρακαλῶ σε (Ἐξοχώτατε Ἄρχοντα) τὴν πολλὰ ζεστὴν δούλευψιν καὶ προσκύνησιν τῆς Ἑλλάδας σου· Κάμε μόνον ὅτι ὡς καθὼς τώρα ἐκείνη μὲ τὴν λάμψιν σου δοξασμένη ἀπολαύει τὸ κοινὸν φῶς τοῦ ἡλίου μὲ τὸν τύπον, ἔτζι παραδοσμένη στὰ χέρια σου κάμε νὰ μεταστρέψῃ πάλιν στὴν παλαιάν της λαμπρότητα καὶ ἐλευθερίαν. Ἄμποτες νὰ σὲ δώσῃ ὁ παντοδύναμος Θεὸς μίαν ζωὴν παρόμοιαν τέτοιας εὐχῆς, φυλάγοντάς την ὁλάκαιρην καὶ μακρὰν ἀπ᾽ ὅλαις ταῖς κακοριζικιαῖς τοῦ κόσμου, διὰ νὰ διαφεντεύῃς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν καταπονῶντας τοὺς ἐχθρούς της, καὶ διὰ νὰ βοηθήσῃς καὶ νὰ σώσῃς τὴν πατρίδα σου. Ἔτζι παρακαλεῖ

ΤΗΣ ΕΞΟΧΗΣ ΣΟΥ

Ὁ ταπεινότατος καὶ εὐλαβέστατος δοῦλος
Σίμων Πόρκιος Ρωμάνος.

PROOEMIUM.

VERNACULÆ Græcæ linguæ Grammaticam ab omnibus fere dixerim expectatam simul & expetitam, à quamplurimis frustra promissam, à nonnullis vero quibusdam veluti delineamentis duntaxat adumbratam, nec ab aliquo satis adhuc expressam, non tam explicaturus, quam editurus aggredior. Grande quidem ac perarduum opus nostrísque viribus impar; sed non inaccessum: nec enim omnium omnino difficultatum ambages, syrtesque superare contendimus, sed faciliorem quandam ac brevem ad hujusmodi Græcæ linguæ notitiam methodum instituimus.

CAPUT I.

De Literis, earúmque divisione, ac Pronunciatione.

QUoniam vulgaris hæc Græcorum lingua suam, ut par est, originem non inficiatur, ac fœcundam illam linguarum parentem ἑλληνίδα διάλεκτον, matrem agnoscit, non mirum si ad ipsam tanquam ad fontem existimem recurrendum, & plurima ex ipsa deprompta censeam referenda.

Habet igitur hæc quoque suas viginti & quatuor literas, ut illa, paritérque dividit eas in Vocales, & Consonantes. Vocales quidem septem agnoscit, α, ε, η, ι, ο, υ, ω. ex quibus sex proprias diphthongos format αι, αυ, ει, ευ, οι, ου: ex impropriis tamen præter ῃ, ῳ, & ᾳ, nullas alias admittit. Jam Consonantes sunt decem & septem, β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ, ex quibus quædam tenues π κ τ; quædam aspiratæ θ φ χ; quædam mediæ β γ δ; quædam duplices ζ ξ ψ; quædam denique immutabiles λ μ ν ρ.

Quod attinet ad pronunciationem, miror quosdam doctos licèt & non vulgari præditos eruditionis varietate, eò temeritatis devenisse, ut germanam, integram, ac πατροπαράδοτον recentiorum Græcorum pronunciationem, chimericis nescio quibus ducti conjecturis, totis viribus ausi fuerint quàm sane temerario judicio, sic irrito conatu pervertere, ac deturpare. Profectò si Græcis maternæ linguæ flexiones, & unà cum lacte acceptos haustósque sonos & accentus puros & intactos audes denegare, cur barbaris eos concedas, cur extero cuique qui aliarum Nationum accentus suo nativoque accommodat, toto, ut aiunt, cœlo à recta earundem Nationum aberrans pronunciatione atque deflectens. Verùm hæc obiter tetigisse sat erit, pluribus enim prosequi, & vehementius in eos invehi præsens prohibet institutum, ac brevitatis amor.

Quare ut eò redeat, unde parum aberravit oratio, dicam de literis in particulari, & primò quidem de A, quæ ore debet proferri pleno, nunquam depresso. Neutra omnia in plurali hac litera terminantur, quædam etiam in singulari, præcipuéque Verbalia, ut *κίνημα motio* à *κινῶ*, *πάλαιμα lucta* à *παλαίβω*. Item omnia ferè nomina substantiva, & non verbalia fœminini generis, ut *μοῦσα*, *Musa*, *κάψα calor*, *δίψα sitis*, Est præterea terminativa Aoristi tam activi quàm passivi modi Indicativi, ut

ἔκαμα

ἔκαμα *feci* , ἐγράφθηκα *ſcriptus ſum.* Sic etiam deſinunt omnia adverbia , ut καλὰ *benè* , σοφὰ *doctè* , ἐξαίσια *egregiè* , & hujuſmodi plura.

B , effertur ut V Conſonans , nec ponitur niſi in medio vel initio dictionis , nunquam in fine. Quod autem β ſonet V Conſonans , ex hoc maxime conſtat , quod Græci dum B Latinorum pronunciationem volunt exprimere , in nominibus præcipue quibuſdam ab ipſis Italis mutuatis , & à Græcaliterali quam longe diſtantibus non utuntur β , ſed μπ. quod apud illos ſonat *b* , ut videre eſt in dictione *bombarda* quam noſtri Græci ſic ſcribunt μπομπάρδα.

Γ , variè ſonat pro varietate vocalium quibuſcum alligatur : nam cum α , ο , ω , & ου , eodem prorſus effertur modo , quo , *g* Latinorum in *ga* , *go* , & *gu:* At cum ι , η , υ , οι , ει , & αι editur ut *ghi*, vel *ghiè* Italorum , ut *gue* & *gui* Gallorum. Γ ante aliam γ poſita , & ante κ , ſonat ut ν , ut ἄγγελος *angelus*, ἀγκαλλιάζω *amplector*.

Δ , denſiori quodam ſpiritu , quam D Latinorum edi debet. Hiſpani ad hanc pronunciationem maxime omnium accedunt.

Ε , valet E. In hanc vocalem terminantur præcipuè Vocativi ſingulares Nominum Maſculinorum , quorum Nominativus eſt in ος , ut καλὲ *bone* , ἄτυχε *improbe* , &c. Item ſecundæ perſonæ numeri pluralis Verborum cujuſcunque ſint modi , ſicut etiam ſecunda perſona numeri ſingularis Imperativi , ut κάμε *fac* , λέγε *dic*. Item tertia perſona Aoriſti tam activi quam paſſivi numeri ſingularis modi Indicativi. Græci noſtri carent ε clauſo , uno namque ſono , eóque aperto , ut reliquas omnes vocales , edunt.

Ζ , ſuavius effertur Latinorum Z , æquivaletque ſimplici *ſ* , cum in medio dictionis ponitur , ut in hac voce , *Muſa*. ζ inſuper poſt τ , ſonat σ, ut in hac voce , ἔτζι conſtat , & in aliis pluribus.

H , ſonat I, & non E , ut quibuſdam placet, eruditis quidem alioqui viris , at non Græcis , quibus inauditus eſt hujuſmodi ſonus , & omnino peregrinus. Eſt terminativa nominum tantum generis fœminini , & præcipue adjectivorum , ut καλὴ *bona*, ἄσπρη *alba*. Item tertiæ perſonæ numeri ſingularis Verborum modi Subjunctivi, ſubſcripta ι , ut διὰ νὰ κάμῃ *ut faciat*.

Θ , funeſta litera , & à ſolis fere Græcis proferenda, characteribus aliarum linguarum, vel vocibus exprimi ſcriptis minime poteſt , videtur tamen accedere ad prolationem *ſ*, balbutientium.

Ι , valet I , in quam deſinunt omnia fere neutra, quæ derivantur à Græcoliterali in ιον , ut ψωμὶ à ψωμίον : κλαδὶ à κλαδίον. δακτυλίδι à δακτυλίδιον. Item omnia diminutiva in κι , ut ἀνθρωπάκι *homunculus*, & alia innumera.

Κ , æquivalet C , ſed diverſo modo ; nam cum α , ο , ω , ου , ſonat *ca* , *co* , & *cu* : at cum ι, η, ε, υ, ει, οι , & αι , correſpondet *qui* & *que* Gallorum , vel etiam Italico *chi* & *chie*. K , poſt ν & γ , profertur ut *g* , verbi gratia τὸν κόσμον , & ἀγκάλι , *ton goſmon* , & *angáli* dicemus.

Λ , valet L, ac ſemper eundem retinet ſonum ante quaſcunque vocales , & diphthongos poſita, licet quibuſdam videatur aliter exprimenda ante ι , volunt enim tunc idem prorſus ſonare , quod *gli* Italorum , vel *ll* Hiſpanorum. Utrumque ſonum non improbo.

Μ , ſonat M , quæ ſi ponatur ante π, variat illius ſonum , ita ut proferatur ut *b* , ut conſtat in voce μπαμπάκι *bambáki* , id eſt *bombyx*.

N , quanvis ante α, ε, ο, ω, αι & ου , ſonet *na* , *ne* , *no* , *nu* ; attamen ante ι , οι , ει & υ (in nobilioribus ſaltem præſentis Græciæ locis) ſonum *gni* Italorum, vel duplicis *nn* Hiſpanorum præ ſe ferre videtur. N , ante π æquivalet *m* , & π *b* , exempli gratiâ τὸν πατέρα *patrem* pronunciamus *tom batéra*. Eſt inſuper finalis accuſativi ſingularis primæ & ſecundæ declinationis , & omnium genitivorum numeri pluralis, itemque Nominum neutrorum in ον.

Ξ , effertur ut *cs*, non vero (ut perversè quidam) tanquam *gs*.

Ο , ſonat O, ore aperto prolata. In hanc deſinunt quamplurima nomina neutrius generis , ut ἄλογο *equus*,&c. quæ deberent terminari in ον , ſi ſpectetur eorum origo.

Π , valet P , ſed poſt μ, vel ν , reſpondet B Latinorum , ut patet in dictione πέμπω *mitto* , *pémbo*, & aliis. Vertitur aliquando in φ, ut βλάπτω , βλάφτω *noceo*, γλύπτω γλύφτω *ſcalpo* , & alia non pauca.

Ρ , æquivalet R , initio dictionis ſemper ſpiritu aſpero notatur ; cum verò ſunt duo (ut fere contingit in medio alicujus dictionis) primum leni notatur ſpiritu , ſecundum autem aſpero. Ponitur interdum loco λ , ut στέλνω στέρνω *mitto* ; ſed hoc nimis corrupte : meliùs agitur dum ρ vertitur in λ , præcipue in dictionibus externis , dicendo σκλίμα pro σκρίμα Italico , id eſt *gladiatura* , &c.

Σ , ſonum S , refert cum ſibilo , eſtque terminativa omnium prorſus nominum ac participiorum generis maſculini , ut ἀντώνιος *Antonius* , στέκοντας *ſtans* : item accuſativorum omnium tam maſculini , quam fœminini generis numeri pluralis, ut τοὺς καλοὺς *bonos* , ταῖς ἀτυχίαις *iniquitates* : itemque nominativorum pluralium generis fœminini , ut ἀρεταῖς *virtutes* μανάδες *matres* , &c. Ponitur etiam in fine ſecundæ perſonæ omnium Verborum activorum numeri ſingularis , ut δέρνεις *verberas* , κλέφτεις *furaris* , & omnium temporum activæ & paſſivæ ſignificationis ejuſdem numeri (ſi imperfectum paſſivum excipias) ut ἔδερνες *verberabas* , ἔδηρες *verberaſti*, ἐδάρθηκες *verberatus es*, & hujuſmodi.

Τ , myſtica, ac ſalutaris litera ſonat T , verùm poſita poſt ν ſonum δ , aſſumit , ut ἄντρον *antrum* quaſi *andron*, & ἐναντίον *contrarium*, *enandion.*

Υ , idem munus ſubit quod I , eſtque finalis quorundam gravitonorum generis neutrius , ut γλυκὺ *dulce* , βαρὺ *grave* : item & eorum quæ derivantur à Græcaliterali lingua in υον , ut δίκτυ à δίκτυον, & reliqua plura.

Φ , ſonum habet F , vel *ph*, ut φέρνω *fero.*

Χ , ſonus ejus literæ ſcriptura nequit oſtendi : qui tamen Florentinorum C. noverit , ejuſdem literæ pronunciationem non ignorabit , quamvis non tam aſperè ſit edenda. Sane ſi *chi* Gallicum careret ſibilo, & Italicum *ſci*, non longe diſtarent à Græco χ.

Ψ , valet *ps* , ut ψαλμὸς *Pſalmus.*

Ω , idem præſtat quod O, eſtque terminativa omnium Verborum activæ ſignificationis tam præſentis quam futuri , ut ἀγαπῶ *amo* , θέλω ἀγαπήσῃ *amabo.* Mutatur non raro à Græcaliterali in hac vernacula lingua in ου , ut à ζωμίδιον *juſculum* , ζωμὶ , à πωλῶ *vendo*, πουλῶ, & à μιμὼ *ſimia*, μαϊμοῦ, &c. Atque hæc de literis : jam nonnulla dicamus de Diphthongis.

Αι , correſpondet Latinæ diphthongo *æ* , in hanc terminantur prima , ſecunda , & tertia perſona ſingularis præſentis Verborum tam paſſivorum , quam deponentium. Item & tertia perſona pluralis ejuſdem temporis, & nominativi plurales nominum fœmininorum , & maſculinorum primæ , & ſecundæ declinationis,

Αυ, ut plurimum ſonat *af*, ut αὐτὸς ipſe *aftos*, interdum vero αβ, ut αὐλὴ *aula*, quaſi αβλὴ. Quare quoties poſt αυ ſequitur θ, ξ, ς, τ, φ, χ, edenda erit ut *af*, ſi vero poſt ipſam ponantur vocales, vel cæteræ aliæ conſonantes, ſupradictis exceptis, pronuncianda erit ut αβ.

Ει, facit *i*, eſtque terminativa ſecundæ & tertiæ perſonæ præſentis, & futuri activi Verborum barytonorum, ut γράφεις γράφει, & θέλεις γράψεις, θέλῃ γράψῃ.

Ευ, effertur ut *ef*, modò ut εβ, quando autem debeat pronunciari ut *ef*, quando vero ut εβ, obſervanda eſt ſupradicta regula de αυ.

Οι, æquivalet etiam *i*. Cujus terminationem amant omnes nominativi plurales nominum tertiæ & quartæ declinationis.

Ου, correſpondet *ou* Gallorum, ac ſonat *v* Italorum. Hanc terminationem habet ſecunda perſona imperfecti modi indicativi paſſivæ ſignificationis. Item omnes fere genitivi ſingulares nominum maſculini generis, & neutrius, ſi barytona excipias in ᾶς & ῆς, & quæ deſinunt in ις. Item nonnulla nomina fœminina, ut μαϊμοῦ *ſimia*, &c.

Caput II.

De Accentibus & Spiritibus.

TRes habet vernacula hæc Græcorum lingua, ut literalis, accentûs, acutum videlicet, ut λόγος, gravem ut τιμὴ, & tandem circumflexum ut τιμῶ.

Loci accentuum ſunt quatuor, ultima, penultima, antepenultima, & præantepenultima. Ultima tres recipit accentus, non quidem omnes ſimul, cùm una dictio unius tantùm ſit capax accentus, ſed poteſt vel acutum, vel gravem, vel circumflexum, prout ratio exigit, ſuſcipere.

Accentum gravem habent omnia monoſyllaba, ut τὶς, νὰ, δὰ, &c. Item adverbia in α, quæ derivantur ab adverbiis Græcoliteralis linguæ in ῶς circumflexè, ut σοφὰ *doctè*, à σοφῶς, καλὰ *bene*, à καλῶς, & hujuſmodi plura. Nomina etiam neutra diſſyllaba in ι, ut κερὶ *cera*, κορμὶ *corpus*, & alia.

Accentum circumflexum ſuſcipiunt genitivi tam ſingulares, quam plurales, in quorum recti ultimâ accentus eſt vel acutus, vel gravis, vel circumflexus, ut θεὸς *Deus*, θεοῦ, τιμὴ *honor*, τιμῆς, ἡ ἀρεταῖς *virtutes*, τῶν ἀρετῶν. Eundem obſervant accentum accuſativi plurales nominum ſecundæ declinationis, & omnia verba circumflexa.

Penultima etiam duos admittit accentus, acutum videlicet & circumflexum: hunc ſuſcipit cùm penultima eſt naturâ longa, & ultima brevis in dictionibus plerunque diſſyllabis, ut μοῦσα, θαῦμα, &c. item in iis, quæ terminantur in ωνας, ut αἰῶνας *ſæculum*, ἀγῶνας *certamen*, & in participiis verborum circumflexorum, ut κτυπῶντας *verberans*, ἀγαπῶντας *amans*, & ſic de reliquis.

Acutum vero requirit cùm utraque eſt vel brevis, vel longa, ut λόγος *verbum*, χώραις *urbes*, vel longa per appoſitionem, ut θάῤῥος *fiducia*. Omnia neutra pluriſyllaba in ι, habent accentum acutum in penultima, ut παιγνίδι *ludus*, ἀνθρωπάκι *homunculus*. Item omnia pluriſyllaba cujuſcunque ſint generis, dummodo habeant ultimam longam, acuuntur in penultima, ſicuti & omnia verba quæ non ſunt circumflexa, ut δυναμώνω *corroboro*, σαθερώνω *confirmo*, & alia.

Antepenultima duntaxat acuitur, ſi ultima fuerit brevis, ut ἄνθρωπος *homo*. Cæterùm nonnulli ex recentioribus Græcis non ſolent reſpicere ad ultimam ſyllabam, ſed Latinorum more habitâ ratione quantitatis penultimæ, antepenultimam acuunt, ſi penultima fuerit brevis, ut ἁγιώτατη *ſanctiſſima* pro ἁγιωτάτη, ἄδικος *injuſtos* pro ἀδίκους, &c. Melius tamen videtur & elegantius regulas accentuum obſervare literalis grammaticæ, ad quam velim confugias.

Præantepenultima verò acutum agnoſcit & circumflexum, acutum quidem in iis, quorum penultima eſt in ια, ut ἀναγκάλλιασις *exultatio*, ἐνύκτιασεν *nox facta eſt*, quaſi ια, unicam efficiat ſyllabam, & in προπαροξυτόνοις, quibus additur particula νε, ut κάμετε, κάμετενε *facitis*: circumflexum autem in iis quorum penultima circumflectitur, & iis additur articulus cum particula νε, ut εἶδαονε *vidi illud*.

Jam ſpiritus in hac ipſa lingua iidem penitus ſunt qui in Græca literali, lenis videlicet, & aſper, iiſque eodem modo in utraque lingua utendum eſt. Quare non parum ſumet utilitatis, & commodi tam in orthographia, quàm in nominum declinatione, inflexionéque verborum is, qui Grammaticam Græcam apprimè calluerit.

Caput III.

De Partibus Orationis.

CUm octo ſint Orationis partes, Articulus ſcilicet, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Præpoſitio, & Conjunctio, de iis ſingillatim habendus erit ſermo, ſi prius dixerimus quot caſus ac numeros vernacula Græcorum lingua admittat.

Quatuor igitur in quocunque numero caſus agnoſcit, nominativum, genitivum, accuſativum, & vocativum. Genitivus ultra propriam ſignificationem retinet etiam Dativi, ut σοῦ δίδω *tibi do*. Accuſativus vero non rarò ponitur loco genitivi, & præcipue pro articulo τῶν, ut ἡ τιμήτους pro ἡ τιμήτων *honor illorum*, & dicunt ἕνα κομμάτι ψωμὶ pro ψωμιοῦ, id eſt, *fruſtulum panis*.

Duo tantùm ſunt numeri tam verborum quàm nominum, ſingularis videlicet, & pluralis: reſpuit namque dualem numerum hæc lingua, utpote ſolis Atticis proprium, à quorum melliflua ſuavitate quamvis longe diſtet, ſuas tamen habet & Muſas & gratias.

Articuli nominibus præfigi debent; ſed quando, hoc opus hic labor eſt. Cæterùm vel uſus optimus erit præceptor, vel tua temet materna lingua docebit. Nam ſi tua lingua articulis utitur, ubi eos ponere in ipſa conaberis, ibidem collocabis in Græca. Exempli causâ, ſi Gallicè loquens dicas, *la feſte de Noſtre Dame*, eadem Græcè vertens enunciabis cùm articulo ἡ ἑορτὴ τῆς θεοτόκου: ſi vero dicas, *nous avons grande Feſte* abſque articulo, dices etiam Græcè, ἐμεῖς ἔχομεν μεγάλην ἑορτήν, nullo præpoſito articulo.

Adverte tamen in nomine, θεὸς, ſemper præponendum eſſe articulum, quamvis in aliis linguis non præponatur, dicendum enim ſemper eſt ὁ θεὸς cum articulo, unde cùm dicunt *gloria tibi Deus*, addentes articulum aiunt δόξα σοι ὁ θεός.

Adverte etiam Græcos vulgares carere articulis poſtpoſitivis, pro quibus Latinorum more relativis *qui, qua, quod*, utuntur, poſtponentes ὁποῖος, ὁποία, ὁποῖον, ac præfigentes articulos, ὁ, ἡ, τὸ, ut ὁ Πέτρος ὁ ὁποῖος *Petrus qui*.

Tres

Tres sunt articuli præpositivi, à quibus genus nominum dignoscitur, ὁ masculini generis, ἡ fœminini, & τὸ neutrius. Sic autem flectuntur,

	Masc.	*Fœm.*	*Neut.*
Sing.	No. ὁ *hic.*	No. ἡ *hæc.*	No. τὸ *hoc.*
	Ge. τοῦ	Ge. τῆς	Ge. τοῦ
	Acc. τὸν	Ac. τὴν	Ac. τὸ
	Voc. ὦ	Voc. ὦ	Voc. ὦ
Pl.	No. οἱ *hi*	No. αἱ vel ἡ *hæ*	No. τὰ *hæc*
	Ge. τῶν	Ge. τῶν	Ge. τῶν
	Ac. τοὺς	Ac. ταῖς vel τῆς	Ac. τὰ
	Vo. ὦ	Vo. ὦ	Vo. ὦ

Ex his facilè colligi potest quàm malè alij notent in plurali articulū fœmininum per οἱ diphthongum, quæ soli masculino generi convenire debet. ἡ vel τῆς videtur Ionica loquutio, cujus est mutare α in η, nec temerè usurpari potest pro αἱ & ταῖς.

Caput IV.

De Nomine.

Quæ de Nominum divisione inseri hoc loco possent, utpote satis dilucida ex aliorum Grammaticis, ne in iis recensendis tempus terere videar prætermittam. Dicam tantùm quæ propria censeo in hac lingua.

Variæ igitur multiplicésque sunt nominum terminationes, quæ varias etiam sortiuntur declinationes, quarum numerus licèt communiter quaternarius assignetur, à me tamen majoris claritatis ergo sextuplex tradetur. Erūt quippe declinationes quatuor ἰσοσύλλαβοι, id est *parisyllabæ*, una partim ἰσοσύλλαβος, & partim περιττοσύλλαβος, quæ in plurali tantùm incrementum suscipit; altera demum omnino περιττοσύλλαβος, quæ in utroque numero incrementum admittit.

Prima nominum declinatio est tantùm masculinorum in ας & ης, quorum genitivus in ου, licèt satis barbarè, & nimis corruptè apud vulgus exeat in α, vel in η, juxta terminationem nominativi, cùm id propriè contingat in accusativo additâ ν, quam tamen nonnulli abjiciunt. Pluralis est in αις, genitivus in ῶν, accusativus & vocativus, ut nominativus.

Exemplum in ας.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ ταμίας *promus.*	No. οἱ ταμίαις
Ge. τοῦ ταμία	Ge. τῶν ταμιῶν
Acc. τὸν ταμίαν	Ac. τοὺς ταμίαις
Voc. ὦ ταμία	Vo. ὦ ταμίαις.

Exemplum in ης.

Sing.	*Plur.*
Nom. ὁ κλέφτης *fur.*	Nom. οἱ κλέφταις
Gen. τοῦ κλέφτη	Gen. τῶν κλεφτῶν
Acc. τὸν κλέφτην	Acc. τοὺς κλέφταις
Voc. ὦ κλέφτη	Voc. ὦ κλέφταις.

Adverte quædam nomina propria in ας oxytona posse terminare genitivum singularem & in ου, & in α, ut ὁ Πυθαγόρας, τοῦ Πυθαγόρου, & Πυθαγόρα, quædam vero in ᾶς circumflexa retinere tantùm α in genitivo, ut ὁ Λουκᾶς, τοῦ Λουκᾶ, &c.

Secunda declinatio fœmininis duntaxat gaudet nominibus, quorum nominativus est in α vel η, genitivus in ας vel ης, juxta recti vocalem. Accusativus autem in αν vel ην, prout fuerit ultima vocalis nominativi.

Exemplum in α.

Sing.	*Plur.*
Nom. ἡ φιλία *amicitia.*	Nom. ἡ φιλιαῖς
Gen. τῆς φιλιᾶς	Gen. τῶν φιλιῶν
Acc. τὴν φιλιάν	Acc. ταῖς φιλιαῖς
Voc. ὦ φιλιὰ	Voc. ὦ φιλιαῖς.

Exemplum in η.

Sing.	*Plur.*
Nom. ἡ γνώμη *opinio.*	Nom. ἡ γνώμαις
Gen. τῆς γνώμης	Gen. τῶν γνωμῶν
Acc. τὴν γνώμην	Acc. ταῖς γνώμαις
Voc. ὦ γνώμη	Voc. ὦ γνώμαις.

Nota hîc vocativum singularem & pluralem similem esse utrique nominativo; quod non contingit in prima declinatione, in qua vocativus singularis amittit ς. Item genitivum pluralem notari semper accentu circumflexo, ut fit etiam in prima.

Tertia declinatio omnia genera nominum complectitur, quorum masculina, muliebria, & communia terminationem habent in ος, neutra verò in ον, vel in ο, genitivus singularis in ου, accusativus in ον, & vocativus in ε.

Exemplum masculinorum in ος.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ λογισμὸς *cogitatio.*	No. οἱ λογισμοὶ
Ge. τοῦ λογισμοῦ	Ge. τῶν λογισμῶν
Ac. τὸν λογισμὸν	Ac. τοὺς λογισμοὺς
Vo. ὦ λογισμὲ	Vo. ὦ λογισμοί.

Exemplum fœmininorum in ος.

Sing.	*Plur.*
No. ἡ ἔρημος *solitudo.*	Nom. ἡ ἔρημοι
Ge. τῆς ἐρήμου	Gen. τῶν ἐρήμων
Ac. τὴν ἔρημον	Acc. ταῖς ἐρήμους
Vo. ὦ ἔρημε	Voc. ὦ ἔρημοι.

Hoc eodem modo flectuntur communia, additis præpositivis articulis ὁ & ἡ, ut ὁ & ἡ παρθένος *virgo*, τοῦ καὶ τῆς παρθένου, &c.

Exemplum neutrorum in ον.

Sing.	*Plur.*
No. τὸ δένδρον *arbor.*	No. τὰ δένδρα
Ge. τοῦ δένδρου	Ge. τῶν δένδρων
Ac. τὸ δένδρον	Ac. τὰ δένδρα
Vo. ὦ δένδρον	Vo. ὦ δένδρα.

Sciendum autem hîc est, nomina neutra tres casus habere similes in quocunque numero, rectum videlicet, accusativum & vocativum; quod non tam verum est in hac declinatione, quàm etiam in cæteris aliis, quæ neutra nomina continent.

Quarta declinatio est masculinorum in ας & ης, quorum flexio partim convenit cum nominibus primæ declinationis, partim verò cum nominibus tertiæ. Horum igitur genitivus singularis est in ου, accusativus & vocativus in α vel η, juxta terminationem nominativi.

Exemplum in ας.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ σάλιακας *cochlea.*	No. οἱ σαλιάκοι
Ge. τοῦ σαλιάκου	Ge. τῶν σαλιάκων
Ac. τὸν σάλιακα	Ac. τοὺς σαλιάκους
Vo. ὦ σάλιακα	Ac. ὦ σαλιάκοι.

Exemplum in ης.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ μάστορης *artifex.*	No. οἱ μαστόροι
Ge. τοῦ μαστόρου	Ge. τῶν μαστόρων
Ac. τὸν μάστορη	Ac. τοὺς μαστόρους
Vo. ὦ μάστορη	Vo. ὦ μαστόροι.

Animadvertas velim in hac declinatione semper nominativum, & vocativum pluralem debere acui in penultima: vocativum verò singularem acui in antepenultima si nomen sit trisyllabum; si verò quadrisyllabum in præantepenultima, sive quod idem est, servare semper accentum sui nominativi, ut ex allatis exemplis licet colligere.

Quinta declinatio amplectitur tam masculina

in

in ᾶς & ῆς barytona, quàm in ις ὀξύτονα, & fœminina in α, quorum obliqui singulares retinent recti vocalem ablatâ ς in masculinis, & additâ in fœmininis. Pluralis verò nominativus est plurisyllabus in άδες vel ῦδες, genitivus in ων, accusativus & vocativus similes sunt nominativo.

Exemplum in ᾶς.

Sing.	Plur.
No. ὁ μασκαρᾶς *nugator.*	No. οἱ μασκαράδες
Ge. τῦ μασκαρᾶ	Ge. τῶν μασκαράδων
Ac. τὸν μασκαρᾶ	Ac. τὺς μασκαράδες
Vo. ὦ μασκαρᾶ	Vo. ὦ μασκαράδες.

Exemplum in ῆς.

Sing.	Plur.
No. ὁ κριτὴς *judex.*	No. οἱ κριτάδες
Ge. τῦ κριτῆ	Ge. τῶν κριτάδων
Ac. τὸν κριτῆ	Ac. τὺς κριτάδες
Vo. ὦ κριτῆ	Vo. ὦ κριτάδες.

Exemplum in ις.

Sing.	Plur.
No. ὁ κύρις *dominus.*	No. οἱ κυρῦδες
Ge. τῦ κύρι	Ge. τῶν κυρῦδων
Ac. τὸν κύρι	Ac. τὺς κυρῦδες
Vo. ὦ κύρι	Vo. ὦ κυρῦδες.

Adverte composita ex isto nomine κύρις, ut νοικοκύρις, καραβοκύρις, &c. formare nominativum pluralem in ιδες non in ῦδες, dicimus enim νοικοκύρηδες, καραβοκύρηδες, retinentes ι, in omnibus obliquis.

Exemplum fœminini in α.

Sing.	Plur.
No. ἡ μάνα *mater.*	No. αἱ μανάδες
Ge. τῆς μάνας	Ge. τῶν μανάδων
Ac. τὴν μάνα	Ac. ταὶς μανάδες
Vo. ὦ μάνα	Vo. ὦ μανάδες.

Ex quibus colligi potest, nomina in ας & ης masculina, & fœminina in α, habere nominativum pluralem in άδες, sola verò masculina in ις in ῦδες.

Sexta, & ultima declinatio continet tantùm nomina περιττοσύλλαβα neutrius generis, quorum terminatio est in α vel ι, genitivus plurisyllabus in ȣ, ac cæteri casus ut nominativus. His addi possunt nomina neutra in ὺ.

Exemplum in α.

Sing.	Plur.
No. τὸ κρίμα *peccatum.*	No. τὰ κρίματα
Ge. τῦ κριμάτȣ	Ge. τῶν κριμάτων
Ac. τὸ κρίμα	Ac. τὰ κρίματα
Vo. ὦ κρίμα	Vo. ὦ κρίματα.

Adverte hæc nomina desinentia in α, posse etiam terminare genitivum singularem in ος, juxta regulam Græcoliteralis Grammaticæ, ut si quis pro κριμάτȣ diceret κρίματος, pro σωμάτȣ σώματος, & sic de reliquis.

Exemplum in ι.

Sing.	Plur.
No. τὸ παιδὶ *puer.*	No. τὰ παιδιὰ
Ge. τῦ παιδιῦ	Ge. τῶν παιδιῶν
Ac. τὸ παιδὶ	Ac. τὰ παιδιὰ
Vo. ὦ παιδὶ	Vo. ὦ παιδιά.

Observandum est hoc loco apud quosdam non circumflecti genitivum singularem, & pluralem nominum desinentium in ι, quum dicunt τῦ παιδίȣ, & τῶν παιδίων cum accentu acuto. Verùm communis usus utrosque circumflectit, quem etiam sequendum esse censemus, cùm ipse hac in re non minimi sit ponderis, ac momenti.

Appendix Prima.

De Heroclitis, Verbalibus, & Numeralibus.

Heteroclita nomina dicuntur, quæ vel novam sortiuntur flexionem in plurali diversam à singulari, vel genus mutant aut accentum, vel peculiarem quendam declinandi modum, irregularem tamen constituunt. Ad primum genus heteroclitorum revocari possunt omnia nomina fœminina in ις, quorum flexionem unius exemplo satis ediscere poteris.

Exemplum in ις.

Sing.	Plur.
No. ἡ πίστις *fides.*	Nom. αἱ πίσταις
Ge. τῆς πίστις vel πίστεως	Gen. τῶν πίστεων
Ac. τὴν πίστιν	Acc. ταὶς πίσταις
Vo. ὦ πίστι	Voc. ὦ πίσταις.

Ex nominibus masculinis in ος, nullum reperio quod sit heteroclitum, præter nomen λόγος, quod in singulari masculini est generis, in plurali verò neutrius, & sic declinatur.

Sing.	Plur.
No. ὁ λόγος *verbum.*	Nom. τὰ λόγια
Ge. τῦ λόγȣ	Gen. τῶν λογίων
Ac. τὸν λόγον	Acc. τὰ λόγια
Vo. ὦ λόγε	Voc. ὦ λόγια.

Huic addi potest nomen fœmininum ὄξοδος, quod cùm sit tertiæ declinationis, variat tamen in plurali terminationem accusativi, communiter enim pro τὰς ὀξόδȣς, ponitur τὰς ὄξοδαις, quæ est terminatio accusativi pluralis secundæ declinationis.

At verò neutra omnia in ος, ut ἄνθος *flos*, κέρδος *lucrum*, &c. & nonnulla in ον, ut δένδρον *arbor*, loco α in nominativo plurali reponunt η; dicimus enim ἄνθη *flores*, κέρδη *lucra*, & δένδρη *arbores*, quorum genitivus est in ῶν circumflexè.

Nomen ῥήγας *Rex*, quamvis quintæ declinationis, quia tamen accentum mutat, & terminationem in genitivo singulari, ideò non immeritò inter heteroclita annumeramus. Dicetur igitur in genitivo pro τῦ ῥήγα juxta regulam τῦ ῥηγὸς; cæteri casus tam singulares, quàm plurales sequuntur flexionem quintæ declinationis.

Nomina propria virorum in ῦς & ως, ac mulierum in ȣ & ω, non declinantur nisi in singulari, & retinent ȣ vel ω in omnibus obliquis. At verò substantiva in ῦς in utroque numero declinantur. Singula propriis exemplis elucescent.

Exemplum virorum in ῦς & ως.

Sing.	Sing.
No. ὁ Ἰησῦς *Iesus.*	No. ὁ Μίνως *Minos.*
Ge. τῦ Ἰησῦ	Ge. τῦ Μίνως
Ac. τὸν Ἰησοῦν	Ac. τὸν Μίνων
Vo. ὦ Ἰησῦ.	Vo. ὦ Μίνως.

Exemplum mulierum in ȣ & ω.

Sing.	Sing.
No. ἡ μαϊμȣ̀ *simia.*	No. ἡ Λητὼ *Latona.*
Ge. τῆς μαϊμȣ̀	Ge. τῆς Λητὼ
Ac. τὴν μαϊμȣ̀	Ac. τὴν Λητὼ
Vo. ὦ μαϊμȣ̀.	Vo. ὦ Λητώ.

Exemplum substantivorum in ῦς.

Sing.	Plur.
Nom. ὁ νῦς *mens.*	Nom. οἱ νόοι
Gen. τῦ νῦ	Gen. τῶν νόων

Acc.

Acc. τ̃ νοῦ	Acc. τὺς νόυς
Voc. ὦ νῦ	Voc. ὦ νόοι.

Nomen item πολὺς & πολὺ heteroclitum est, licèt fœmininum πολλὴ nequaquam sit, cùm observet regulas secundæ declinationis. Quare sit exemplum masculini πολὺς, & neutrius πολύ.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ πολὺς *multus.*	Nom. οἱ πολλοὶ
Gen. τ̃ πολλῦ	Gen. τῶν πολλῶν
Acc. τ̃ πολυὺ	Acc. τὺς πολλὺς
Voc. ὦ πολὺ	Voc. ὦ πολλοί.

Sing.	*Plur.*
No. τὸ πολὺ *multum.*	Nom. τὰ πολλὰ
Gen. τ̃ πολλῦ	Gen. τῶν πολλῶν
Acc. τὸ πολὺ	Acc. τὰ πολλὰ
Voc. ὦ πολὺ	Voc. ὦ πολλά.

His adde omnia nomina in ὺς barytona ut βαρὺς, γλυκὺς, & alia, quæ sic flectuntur.

Sing.	*Plur.*
No. ὁ βαρὺς *gravis.*	Nom. οἱ βαρεῖς
Ge. τ̃ βαρυῦ	Gen. τῶν βαρυῶν
Acc. τ̃ βαρυὺ	Acc. τὺς βαρεῖς
Voc. ὦ βαρὺ	Voc. ὦ βαρεῖς.

Neutra eorum in ὺ, non sunt irregularia, sed pertinent ac reducuntur ad ultimam declinationem, & eodem modo declinantur quo desinentia in ὶ. atque hæc de heteroclitis.

Verbalia quædam deducuntur à præsente, versa ω in η, si aliqua præcedat consonans, vel simplex vocalis, sic à νικῶ formatur νίκη *victoria*, & à βοῶ βοὴ *clamor*: si verò vocalem ω, præcedat diphthongus ευ, tunc ω mutatur in α, & υ in ι, unde à δυλεύω fit δυλεία *servitus*, & à φλωχεύω φλωχεία *paupertas.* Verùm si ante ω, ponatur υ diphthongus, ω quidem vertitur in η, at υ abjicitur, ut ἀκύω *audio*, ἀκοὴ *auditus.*

Ex verbis in γω, quorum penultima est ευ, formantur etiam verbalia in η, rejectâ υ, ut ex φεύγω φυγὴ *fuga.* Ea verò quæ vel solam ε habent, vel junctam cum ι in penultima, mutant ω in ος, ε in ο, & abjiciunt ι, ut λέγω λόγος *verbum*, σπείρω σπόρος *semen.* Sunt etiam alia verba in γω, quorum penultima est in α, & hæc verbale formant in ι, ut φάγω φαγὶ *cibus*, & additione το, φαγίδο. Verba etiam in δῶ circumflexa, verbalia habent in ι, ut τραγυδῶ *cano*, τραγῦδι *cantus*, & λυλυδῶ *floreo*, λυλῦδι *flos.* At in νῶ, & θῶ formant verbalia in ος, ut πονῶ *doleo*, πόνος *dolor*, & ποθῶ *desidero*, πόθος *desiderium.* Tandem ex verbis in μνω effingi possunt verbalia in μα rejectâ ν, ut à κάμνω *facio*, κάμωμα *factum.*

Quædam autem suam desumunt originem ab aoristo activo, & hæc vel desinunt in μα & μὸς, vel in ις, vel in ια.

Verbalia in μα & μὸς formantur à prima persona aoristi primi, qui si fuerit in σα verborum barytonorum formabit suum verbale ponendo inter ς & α, μ, ut ἀκύω *audio*, aoristus primus est ἄκυσα, hinc interpositâ μ, inter ς & α, fit ἄκυσμα *auditio*, & versâ μα in μὸς ἀκυσμὸς *nominis fama.* Dixi verborum barytonorum, quia aoristi verborum circumflexorum mutant simpliciter σα in μα, & rejiciunt ε, si fuerit augmentum syllabicum, ut κινῶ ἐκίνισα, σα in μα, & ablato ε, augmento syllabico, κίνιμα *motus.*

Verbum δένω *ligo*, quamvis barytonum, & aoristum habeat in σα, ejus tamen verbale exit in μα, & non in σμα, ut ἔδεσα, δέμα *vinculum*, & additione τι, δεμάτι *fasciculus.*

Si ultima aoristi fuerit in λα, vel ρα, formanda erunt verbalia in μα, & μὸς, interpositione μ, & ablatione augmenti. Quòd si ejus penultima fuerit ει, rejicienda est ι; si verò η tantùm verti debet in α, ut σπείρω *semino*, ἔσπειρα, σπέρμα *semen*, δαίρνω *verbero*, ἔδηρα, δαρμὸς *verberatio.*

Tandem verbalia in ις, ια, & μιὸ deducuntur à secunda persona ejusdem aoristi mutando ε in ι, & abjiciendo ε, si fuerit augmentum syllabicum, ut ab ἐκίνησες, κίνησις *motus*, ab ἐπορπάτησες *ambulasti*, πορπάτησια *ambulatio*, & ab ἔκλεψες *furatus es*, κλεψιμιὸ *furtum.* Adverte tamen characteristicam ν, vertendam esse in ς, ut ab ἔκρινες *judicasti*, fit κρίσις *judicium*, mutatâ ν in ς, ε in ι, & rejecto augmento.

Atque hæc de derivatione verbalium substantivorum, nam de adjectivis infrà suo loco dicendum. Illud tantùm addo, ex ipsis substantivis derivari alia nomina substantiva in άκι, ίτζα, ῦλα, & όπυλον, quæ diminutionem significant, ut à μάτι *oculus*, ματάκι *ocellus*, à καρδιὰ *cor*, καρδίτζα *corculum*, à ψυχὴ *anima*, ψυχῦλα *animula*, & ab εὐαγγέλιον *evangelium*, εὐαγγελιόπυλον *evangeliolum*, &c.

Jam dicamus de numeralibus, quorum aliqua sunt cardinalia, ut loquuntur, alia ordinis.

Cardinalia sunt hæc.

	Masc.	*Fœm.*	*Neut.*
Sing. N.	ἕνας *unus.*	μία *una.*	ἕνα *unum.*
G.	ἑνὸς vel ἑνῦ	μιᾶς	ἑνῦ
A.	ἕναν vel ἕνανε	μίαν	ἕνα.

Hinc composita masculini generis καθένας *unusquisque*, κανένας *nullus*, vel κανεὶς à literali εἷς, & fœminini πασαμία *unaquaque*, & καμία *nulla*, & neutrius καθένα, & per syncopen καθε *unumquodque*, & κανένα *nullum*, eodem prorsus modo flectuntur, quo primitiva ἕνας, μία, ἕνα, paritérque carent numero plurali, & vocativo.

Δύο *duo*, est omnino indeclinabile omnisque generis, cùm dicatur οἱ, αἱ καὶ τὰ δύο, in omnibus casibus solos articulos variando; reperitur tamen interdum genitivus τῶν δυονῶν *duorum.*

Τρεῖς *tres*, est commune, cujus genitivus τριῶν, acc. τρεῖς. Neutrum habet τὰ τρία *tria.* gen. τριῶν. acc. τρία.

Τέσαρες *quatuor*, etiam est masculini ac fœminini generis, ge. τεσάρων. acc. τέσαρες. Neutrum est τὰ τέσαρα. ge. τεσάρων. acc. τέσαρα. Atque ab his usque ad ἑκατὸν *centum* sunt indeclinabilia, ut πέντε *quinque*, ἕξη *sex*, ἑφτὰ *septem*, ὀκτὼ *octo*, ἐννεὰ *novem*, δέκα *decem*, ἕνδεκα *undecim*, δώδεκα *duodecim*, (δεκατρία vel δεκατρεῖς *tredecim*, δεκατέσαρα vel δεκατέσαρες *quatuordecim*, apud modernos Græcos declinantur,) δεκαπέντε *quindecim*, δεκαξη *sexdecim*, δεκαφτὰ *septendecim*, δέκα ὀκτὼ *decem & octo*, δέκα ἐννεὰ *decem & novem.* εἴκοσι *viginti*, εἴκοσι ἕνα *viginti unum*, &c. τριάντα *triginta*, σαράντα *quadraginta*, πενῆντα *quinquaginta*, ἑξῆντα *sexaginta*, ἑβδομῆντα *septuaginta*, ὀγδοῆντα *octoginta*, ἐνενῆντα *nonaginta*, ἑκατὸ *centum.* Hinc jã incipiunt declinari οἱ διακόσιοι, ἡ διακόσιαις, τὰ διακόσια *ducenti*, &c. τριακόσιοι *trecenti*, &c. χίλιοι, χίλιαις, χίλια *mille* hinc δύο χιλιάδες *duo mille*, τρεῖς χιλιάδες *tria millia*, τέσαρες χιλιάδες *quatuor millia*, &c. usque ad ἕνα μιλιοῦνι *millionem* generis neutrius, unde δύο μιλιούνια *duo milliones*, & sic deinceps.

Ordinalia sunt πρῶτος *primus*, δεύτερος *secundus*, τρίτος *tertius*, τέταρτος *quartus*, πέμπτος *quintus*, ἕκτος *sextus*, ἕβδομος *septimus*, ὄγδοος *octavus*, ἔννατος *nonus*, δέκατος *decimus*, ἑνδέκατος *undecimus*, δωδέκατος *duodecimus*, δέκατος τρίτος *tertius decimus*, δέκατος τέταρτος *decimus quartus*, &c. εἰκοστὸς *vigesimus*, εἰκοστὸς πρῶτος *vigesimus primus*, &c. τριακοστὸς *trigesimus*, τεσαρακοστὸς

ραχιςὸς *quadragesimus*, πενῆηκοςὸς *quinquagesimus*, ἑξηκοςὸς *sexagesimus*, ἑβδομηκοςὸς *septuagesimus*, ὀγδοηκοςὸς *octuagesimus*, ἐννενηκοςὸς *nonagesimus*, ἑκατοςὸς *centesimus*, διακοσιοςὸς *ducentesimus*, τελακοσιοςὸς *trecentesimus*, τετρακοσιοςὸς *quadringentesimus*, &c. χιλιοςὸς *millesimus*, χιλιοςὸς πρῶτος *millesimus primus*, & quæ sequuntur.

Appendix Secunda.

De Adjectivis, Comparativis, & Superlativis.

ADJECTIVA sunt quæ propriis ac substantivis nominibus præfiguntur: horum autem quædam sunt in ος, quædam in ης; alia in ὰς, alia in ὶς, alia denique in ὺς. De uniuscujusque termina-tione [illegible]

ος { ἄγριος, ἀγριώτερος, ἀγριώταῖος *sylvestris*.
ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξόταῖος *gloriosus*.
σοφὸς, σοφώτερος, σοφώταῖος, *sapiens*.

ις { μακρὶς, μακρίτερος, μακρίταῖος, *longus*.

υς { βαρὺς, βαρύτερος, βαρύταῖος, *gravis*.

Ex his facilè colligere potes, adjectiva in ος, quorum penultima est longa, servare ο, in comparativis ac superlativis; mutare verò in ω, cùm sit brevis.

Adverte etiam in hac lingua, ex adjectivis in ος non purum, formari quidem comparativa in τερος, & superlativa in ταῖος, sed mutari ο in η, in solis comparativis: sic à καλὸς *bonus* fit καλήτερος *melior*, à χονδρὸς *crassus*, χονδρήτερος *crassior*, à μεγάλος *magnus*, μεγαλήτερος *major*, &c. Posset aliquis dicere hujusmodi comparativa desumi à fœmininis καλὴ, χονδρὴ, & μεγάλη addito τερος, sed tunc cave ne dicas superlativa καλήταῖος, χονδρήταῖος, & μεγαλήταῖος, hæc enim semper respiciunt masculina; quare dicendum erit καλώταῖος *optimus*, χονδρώταῖος *crassissimus*, & μεγαλώταῖος *maximus*.

Adverte item adjectivum [illegible] non habere compa-

ἀνθρωπινὸς *humanus*; & tandem in ιάρικος, ut à ῥόζος *nodus*, ῥοζιάρικος *nodosus*, κόμπος κομπιάρικος, & similia.

A neutris in ον fiunt adjectiva in ένιος & ινος, ut à ξύλον *lignum*, ξυλένιος, & ξύλινος *ligneus*: item in ικὸς, ut à πρόσωπον *persona*, προσωπικὸς *personalis*. At neutrorum in ι, adjectiva exeunt vel in άρης, ut γεράκι *accipiter*, γερακάρης *accipitrarius*: vel in ἄτος, ut μυστάκι *mystax*, μυστακάτος *mystacem habens magnum*: vel in τικος, ut σκυλὶ *canis*, σκυλίτικος *caninus*, vel sæpissime in ᾶς, ut ψάρι *piscis*, ψαρᾶς *piscator*, μουλάρι *mulus*, μουλαρᾶς *mulio*, & hujusmodi plura.

Fœminina in ις, quæ non sunt verbalia habent adjectiva simpliciter in τικὸς, ut πόλις *urbs*, πολιτικὸς *urbanus*, verbalia verò si sint in σις mutant ς in τ, ut κίνησις *motus*, κινητικὸς *motivus*; si verò in ψις, vel ξις, ψ vertetur in φ, & ξ in κ, ut βλάψις, (quod tamen non est in usu) βλαφτικὸς *damnificus*, & φύλαξις *conservatio*, φυλαχτικὸς *conservativus*.

Sunt etiam non exigui numeri adjectiva, quæ suam desumunt originem à verbis, quorum alia sunt in ἄτος, alia in μος, alia in ηρὸς, quædam in τὴς, & τικὸς, alia demum in τὸς; horum autem formationem is omnium optimè tenebit, qui Græcoliteralem Grammaticam inprimis callueri: Verùm ne rudis & Tyro, & τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων penitus ἄγνωστος, ab hac nostra Græco-vulgari lingua longè videatur arceri, has sibi regulas observandas proponat.

Primùm adjectiva in ἄτος derivari à præsenti, mutato ω in α, & additâ τος, ut à φεύγω *fugio*, φευγάτος *fugitivus*: item in ηρὸς mutato ω in η, ut à πνίγω *suffoco*, πνιγηρὸς *suffocatorius*: item in μος, & præcipuè à verbis in ίζω versâ ζω in μος, ut à γνωρίζω *cognosco*, γνώριμος *cognitus*: item in κὸς mutatione ω in ι, ut à γράφω *scribo*, γραφικὸς, *qui pertinet ad scripturam*.

Secundò adjectiva in τικὸς, τὴς & τὸς, deduci à prima persona Aoristi activi, versâ ultima syllaba in τικὸς, τὴς & τὸς, rejectóque augmento, ut ab ἐκίνησα *movi*, fiunt κινητικὸς *motivus*, κινητὴς *movens*, & κινητὸς *mobilis*, ἀγάπησα *amavi*, ἀγαπητὸς *amabilis*, ἀγαπητὴς *amans*, ἀγαπητικὸς *amatorius*, unde ἀγαπητικὴ *amasia*, & similia. Quòd si ultima Aoristi exierit in ξα, vel ψα, tunc in formandis adjectivis ξ verti debet in κ & ψ, in π vel φ & α, in τικὸς, τὴς & τος, ut ab ἔσμιξα *miscui*, fit σμικτὸς *mixtus*, σμικτικὸς *admixtivus*, & σμικτὴς *miscens*; sic ab ἔγραψα deduci possunt γραπτὸς *scriptus*, γραπτὴς *scriptor*, & γραπτικὸς *qui scribi potest*, & ita de reliquis.

CAPUT V.

De Pronomine.

PRonomina dividi solent in primitiva, possessiva, demonstrativa, relativa, composita, interrogativa, & infinita.

Primitiva sunt tria, ἐγὼ primæ personæ: ἐσὺ *tu*, secundæ personæ: τοῦ *sui*, tertiæ personæ. Hæc autem sic flectuntur.

Sing. Nom. ἐγὼ *ego.*
Gen. μοῦ *mei*, & *mihi.*
Acc. ἐμένα vel μὲ *me.*
Plur. Nom. ἐμεῖς *nos.*
Gen. ἐμῶν & ἐμᾶς *nostrum* vel *nobis.*
Acc. ἐμᾶς vel μᾶς *nos.*
Sing. Nom. ἐσὺ *tu.*
Gen. σοῦ *tui* & *tibi.*
Acc. ἐσένα vel σὲ *te.*
Plur. Nom. ἐσεῖς *vos.*
Gen. ἐσᾶς vel σᾶς *vestrum* & *vobis.*
Acc. ἐσᾶς vel σᾶς *vos.*
Sing. Gen. τοῦ *sui* vel *sibi.*
Acc. τὸν *se.*
Plur. Gen. τῶν *suorum* vel *sibi ipsis.*
Acc. τοὺς *suos.*

Ubi adverte duo priora primitiva habere genitivum pluralem similem accusativo; posterius verò carere utroque nominativo, atque hæc omnia tria privari vocativo. Item accusativum τὸν, quum postponitur alicui verbo assumere ε, ut εἶδα τον *vidi illum*, εἶδά τονε.

Possessiva sunt sex, ἐδικόςμου, ἐδικήμου, ἐδικόμου *meus, mea, meum*: ἐδικόςσου, ἐδικήσου, ἐδικόσου *tuus, tua, tuum*: ἐδικόςτου, ἐδικήτου, ἐδικότου *suus, sua, suum*: ἐδικόςτου quum ad fœminina tantùm refertur, assumit non ineleganter pro του, της, videlicet ἐδικόςτης, ἐδικήτης, ἐδικότης, non solùm in singulari, sed etiam in plurali ἐδικόςμας, ἐδικήμας, ἐδικόμας *noster, nostra, nostrum*: ἐδικόςσας, ἐδικήσας, ἐδικόσας *vester, vestra, vestrum*: ἐδικόςτων, ἐδικήτων, ἐδικότων vel ἐδικόςτους, ἐδικήςτους, ἐδικότους *eorum, earum, eorum*. Horum masculina, & neutra ad tertiam pertinent declinationem, fœminina verò ad secundam; at μου, σου, του, μας, σας, των, & τους, remanent immutata in omnibus obliquis, ut ἐδικόςμου, ἐδικοῦμου, ἐδικόνμου, &c. Dicitur etiam δικόςμου, δικήμου, δικόμου, ablatâ ε, si præcipuè præcedat vocalis, vel diphthongus, ut τὸ δικόμου τὸ χαρτὶ, *liber est meus*.

Demonstrativa sunt duo, τοῦτος vel ἐτοῦτος *hic*, ἐκεῖνος vel κεῖνος *ille*, tertiæ declinationis, quarum fœminina τούτη *hæc*, & ἐκείνη *illa*, secundæ; & neutra τοῦτο, & ἐκεῖνο *hoc*, & *illud* tertiæ. Animadvertas rogo, genitivum singularem & pluralem juxta regulam non debere circumflecti; circumflecti tamen apud quosdam vel additione alicujus syllabæ, ut fit in genitivo singulari τούτου *hujus*, τουνοῦ, τούτης, τουνῆς, & in plurali τούτων *horum*, τουνῶν; vel sine ulla additione, ut quum dicunt ἐκειοῦ pro ἐκείνου, ἐκειῆς pro ἐκείνης, & ἐκειῶν pro ἐκείνων.

Relativa quatuor enumerari possunt, αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ *ipse, ipsa, ipsum*, quod interdum sumitur pro ἐγὼ, ἐσὺ & ἐκεῖνος: ὁποῖος, ὁποία, ὁποῖον, vel ὄγοιος, ὄγοια, ὄγοιον *quicunque, quæcunque, quodcunque*: ὁποῖος, ὁποῖα, ὁποῖον *qui, quæ, quod*, & correspondet articulo literali ὃς, ἣ, ὃ, & ὅςις *quisquis*, cujus genitivus ὅτινος, accusat. ὅτινα, & non plus ultrà.

Ex relativo αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ deducuntur composita tria. Primæ personæ ἀπατόςμου vel ἀτόςμου *ego ipse*, ἀτήμου vel ἀπατήμου *ego ipsa*. Secundæ personæ ἀπατόςσου vel ἀτόςσου *tu ipse*, ἀπατήσου *tu ipsa*: & tertiæ personæ ἀπατόςτου vel ἀτόςτου *se ipse*, ἀπατήτου vel ἀπατήτης *se ipsa*.

Hæc pronomina solum habent utriusque numeri rectum, obliquis carent, & genere neutro, verùm id tantùm admittit tertia persona, cùm reperiatur ἀπατότου & ἀπατάτα. Cæteri casûs desumi debent à sequentibus. Et quidem primæ personæ.

Sing. Gen. ἐμαυτοῦμου *mei ipsius.*
Acc. ἐμαυτόνμου *meipsum.*
Plur. Gen. ἐμαυτοῦμας *nostrum ipsorum.*
Acc. ἐμαυτόνμας *nos ipsos.*

Secundæ personæ.

Sing. Gen. ἐμαυτοῦσου *tui ipsius.*
Acc. ἐμαυτόνσου *te ipsum.*
Plur. Gen. ἐμαυτοῦσας *vestrum ipsorum.*
Acc. ἐμαυτόνσας *vos ipsos.*

Tertiæ verò personæ.

Sing. Gen. ἐμαυτοῦτου *sui ipsius.*

Acc. ἐμαυτόντε *se ipsum.*
Plur. Gen. ἐμαυτῦτες vel ἐμαυτῦτων.
Acc. ἐμαυτόντες vel ἐμαυτόντων.

Nota hujusmodi pronomina primæ, & secundæ personæ communia esse maribus ac fœminis immutato pronomine μϐ & σϐ: tertiæ verò non item, cùm pro τϐ fœminina sibi adsciscant της, ut τῆ ἐμαυτῦτης, & τὴ ἐμαυτόντης, atque id tantùm fieri debet in singulari, nam in plurali utriusque generis nomina omnino conveniunt.

Interrogativa pronomina sunt hæc, τὶς *quis* & *quæ*, communis generis: τὶ *quid?* neutrius ποῖος vel ποιὸς *quis* aut *qualis?* omnis generis ita ut fœmininum exeat in α, ut ποῖα *quæ?* & neutrum in ον, ut ποῖον *quale?* de flexione ποῖος, nulla potest esse difficultas, ideò ponemus tantummodo declinationem τὶς & τὶ.

Masc. & *Fœm.*
Sing. No. τὶς *quis* & *quæ?* *Plur.* No. τίνες *qui?*
Ge. τίνος Ge. τίνων
Ac. τίνα Ac. τίνας.

Neut.
Sing. Nom. τὶ *quid?*
Gen. τίνος
Acc. τὶ.

Neutrum plurali caret, pro quo usurpatur ποῖα, ut ποῖα πράγματα *quæ res?* Differt τις à τινὰς non tantùm syllabis in recto, & in obliquis accentu, cùm τινὰς habeat genitivum τινὸς, & accusativum τινὰ, verùm etiam significatione, nam τινὰς significat *aliquem*, vel *nullum*, nec est interrogativum, ut τὶς.

A pronomine ποῖος derivatur κάποιος, κάποια, κάποιον *aliquis:* ὅποιος vel ὄγοιος *quisquis*, & à τις ἴστις *quicunque*, quæ retinent suorum, ut ita dicam, parentum declinationem.

Demum tria sunt pronomina quæ dicuntur infinita, δεῖνα *talis* & *tale*, omnis generis. gen. δεῖνος. acc. δεῖνα, cæteris caret. τέτοιος, τέτοια, τέτοιον *talis*, & τοιδετοιὸς, τοιδετοιὰ, τοιδετοιὸ *talis* & *tale*, atque hæc declinantur integrè per omnes casus & numeros, masculina quidem & neutra juxta tertiæ, fœminina verò juxta secundæ declinationis modos, ac formam.

Illud observatione dignum hoc loco censui μϐ, σϐ, τῆ, μὲ, σὲ, τὸ, τῆ, τὸ, & τϐς: encliticas appellari voces, quòd vel proprium amittant accentum, vel illum ad præeuntem, ac præcedentem syllabam remittant. Hoc autem tribus modis, ut plurimum potest contingere.

Primò si antepenultima præcedentis dictionis acuatur, vel penultima accentum habeat circumflexum, ut τὰ κρίματά μϐ *peccata mea*, ἡ Μϐσα σϐ *Musa tua*, τὰ λόγια τϐ *verba sua*, &c.

Secundò si vox antecedens encliticam accentum habeat acutum in penultima, vel gravem in ultima, pronomina illa penitus quidem suum deponunt accentum, at gravis transit in acutum, ut ὁ λόγος τϐ *verbum suum*, τὸ πϐλί μϐ *avis mea:* circumflexus tamen remanet immutatus, ut κινῶ σε *moveo te:* idem præstatur si ultima prioris vocis acuatur.

Tertiò & ultimò usus obtinuit in encliticis pronominibus suum ipsorum accentum retinere, quando præpositionibus conjunguntur, vel conjunctionibus disjunctivis, ut διὰ σὲ *propter te*, non διά σε, & ἢ μὲ σκοτώνω ἢ σὲ ἐλευθερώνω vel *me occido*, vel *te libero*, & similia.

Caput VI.

De Verbis.

Ut facile est hodiernæ Græcæ linguæ Verborum conjugationes exponere, cùm multiplicem illam tot temporum, modorúmque respuerit distinctionem, ita quoque perarduum esse constat eadem in certas distribuere classes, certísque sedibus collocare, tam ob defectum futuri, quàm propter diversam finalium characteristicarum varietatem, ne dicam corruptionem. Cæterùm antequàm ad istam terminationum farraginem deveniamus, non abs re videbitur nonnulla præmittere, quæ ad faciliorem Verborum notitiam requiruntur.

Verba igitur omnia vel sunt activa, quorum nota est ω, & formant passiva in μαι, vel passiva ab activis deducta, vel neutra quæ desinunt in ω, sed nullum efficiunt passivum in μαι, vel demum deponentia, quæ vocem ac sonum habent passivum, at significationem activam; rejiciantur ergo ab hac lingua verba communia, seu, ut Grammatici loquuntur, media. Sunt etiam alia verba quæ dicuntur impersonalia, non quòd nullius sint personæ, cùm efferantur in tertia persona; sed quòd ad nullam certam, ac determinatam personam referantur, ut quum dicimus πρέπει νὰ ἀκολυθήσωμεν τὴν ἀρετὴν, κὴ νὰ ἀφήσωμεν τὴ κακίαν *oportet ut virtutem sequamur, vitiúmque relinquamus*, illud πρέπει nullam habet personam, quam certò & definitè respiciat.

Dividuntur supradicta verba duas in partes, quarum una nuncupatur barytonorum, altera circumflexorum; verba namque in μι, nec per somnium quidem vidit unquam præsens Græcia. Utraque verba duos habent, ut nomina, numeros singularem & pluralem, tres personas, quinque tempora, quorum tria sunt simplicia, Præsens, Imperfectum, & Perfectum, duo verò composita, Plusquam-perfectum, & Futurum; modos item quinque, Indicativum, Imperativum, Optativum, Subjunctivum, & Participium. Carent Infinitivo pro quo utuntur Subjunctivo. Verba quæ vulgò appellantur auxiliaria, quibus supradicta illa tempora composita exprimuntur, duo præcipuè sunt θέλω *volo*, & ἔχω habeo, hoc quidem utimur ad exprimendum Plusquamperfectum, illo verò Futurum & præsens Optativi, per suum imperfectum ἤθελα *vellem.*

Jam barytonorum Conjugationes tradamus, quarum numerus à varia Perfecti, seu Aoristi terminatione colligi debet. Cùm igitur Perfectum modò exeat in ψα, modò in ξα, & σα, modò in quatuor liquidas λ, μ, ν, ρ, pro hujusmodi quadripartita Perfecti desitione, quatuor etiam nos barytonorum conjugationes instituemus.

Prima est in βω, βγω, πω, φω, & φλω, ut ἀλείβω *ungo*, νίβγω *lavo*, λάμπω *fulgeo*, γράφω *scribo*, ἀνάφλω *accendo*, perfectum habet in ψα, ut ἄλειψα *unxi*, ἔνιψα *lavavi*, ἔλαμψα *affulsi*, ἔγραψα *scripsi*, ἄναψα *accendi.* Ad hanc conjugationem revocari possunt verba in εύω vel εύγω & ύγω, ut βασιλεύω vel βασιλεύγω *regno*, & σκηύγω *inclino*, quorum perfectum apud quosdam Græcos exit in ψα, ut ἐβασίλεψα pro ἐβασίλευσα *regnavi*, & ἔσκυψα *inclinavi*, fortassis similitudo soni υσα, & ψα, eos in hujusmodi mutationem, vel potiùs errorem induxit.

Secunda in γω, κω, κνω, κλω, χω, χνω, σω, & ζω, præcipuè trisyllabum & dissyllabum, & quod ante ζ assumit α, ut πνίγω *suffoco*, πλέκω *necto*, δείκνω *ostendo*, τρέχω *curro*, ῥίκλω *jacio*, σπρώχνω *impello*,

impello, διώχνω *persequor*, τάζω *promitto*, κράζω & φωνάζω *voco* seu *clamo*, perfectum habet in ξα, ut ἔπνιξα *suffocavi*, ἔπλεξα *nexi*, ἔδειξα *ostendi*, ἔτρεξα *cucurri*, ἔρριξα *jeci*, ἔσπρωξα *impuli*, ἐδίωξα *persequutus sum*, ἔταξα *promisi*, ἔκραξα & ἐφώναξα *vocavi*, seu *clamavi*.

Tertia in δω, θω, ω purum, & in ζω quadrisyllabum, & præcipuè quod habet ι ante ζ, ut προδίδω *prodo*, ἀλέθω *molo*, ἀκούω *audio*, σκολειάζω *adumbro*, & γνωρίζω *cognosco*, perfectum efficit in σα, ut ἐπρόδωσα *prodidi*, ἄλεσα *molui*, ἄκουσα *audivi*, ἐσκολείασα *adumbravi*, & ἐγνώρισα *cognovi*. Ad hanc conjugationem spectant omnia verba in ώνω à Græcoliterali deducta in όω, & omnia illa quæ in Græco-vulgari assumunt ν ante ω, ubi priùs desinebant in ω purum, ut τελειώνω *perficio*, ἐτέλειωσα *perfeci*, δένω *ligo*, ἔδεσα *ligavi*, ενδυώω *vestio*, ἔνδυσα *vestivi*, & alia quæ per ω purum scribebantur, ut τελειόω, δέω, & ἐνδύω.

Quarta denique continet verba in λω, μω, νω, ρω, ut ψάλλω *canto*, κάμνω *facio*, κρίνω *judico*, φθείρω *corrumpo*, perfectum verò in λα, μα, να, ρα, ut ἔψαλα *cantavi*, ἔκαμα *feci*, ἔκρινα *judicavi*, ἔφθειρα *corrupi*. Ubi adverte, quum duplex est ἀμετάβολον in præsente, perfectum primum tantùm servare, ut δέρνω *verbero*, ἔδηρα *verberavi*, &c.

MODUS CONJUGANDI Verba Barytona.

Verbi Activi Indicativi.

Præs. *Sing.* γράφω, γράφεις, γράφει *scribo.*
Plur. γράφομεν, γράφετε, γράφουσι, vel γράφουν.
Tertiæ personæ pluralis numeri, quod in ι desinit, additur more Attico ν, si præcipuè subsequatur vocalis.

Imp. *Sing.* ἔγραφα, ἔγραφες, ἔγραφε *Scribebam.*
Plur. ἐγράφομεν, ἐγράφετε, ἐγράφασι vel ἐγράφανε.

Perf. *Sing.* ἔγραψα, ἔγραψες, ἔγραψε, *scripsi.*
Plur. ἐγράψαμεν, ἐγράψετε, ἐγράψασι, vel ἐγράψανε.

Plusq. *Sing.* εἶχα γράψει, εἶχες γράψει, εἶχε γράψει *scripseram.*
Plur. εἴχαμεν γράψει, εἴχετε γράψει, εἴχασι vel εἴχανε γράψει.

Vel alio modo.

Sing. εἶχα γραμμένα, εἶχες γραμμένα, εἶχε γραμμένα *scripseram.*
Plur. εἴχαμεν γραμμένα, εἴχετε γραμμένα, εἴχασι vel εἴχανε γραμμένα.

Fut. *Sing.* θέλω γράψει, θέλεις γράψει, θέλει γράψει *scribam.*
Plur. θέλομεν γράψει, θέλετε γράψει, θέλουσι γράψει.

Vel aliàs magis corruptè.

Sing. θὲ γράψω, θὲ γράψεις, θὲ γράψει *scribam.*
Plur. θὲ γράψομεν, θὲ γράψετε, θὲ γράψουσι.

Imperativi.

Præs. *Sing.* γράψε *scribe.* ἄς γράψει *scribat.*
Plur. ἄς γράψομεν, γράψετε, ἄς γράψουσι.
Formatur à tertia persona perfecti Indicativi ablato ε augmento syllabico: caret propriè prima persona, eam tamen mutuatur ab optativo additâ particulâ ἄς, ut ἄς γράψω *scribam*, & significationem habet indeterminatam, & indifferentem.

Optativi.

Præs. *Sing.* ἀμποτες νὰ vel ἄς γράψω, ἀμποτες νὰ γράψῃς, νὰ γράψῃ *utinam scribam.*
Plur. ἀμποτες νὰ γράψωμεν, νὰ γράψετε, νὰ γράψουσι.

Imper. *Sing.* ἤθελα γράψει, ἤθελες γράψει, ἤθελε γράψει *scriberem.*
Plur. ἠθέλαμεν γράψει, ἠθέλετε γράψει, ἠθέλασι γράψει.
Dicitur etiam ἀμποτες νὰ ἔγραφα, vel ἄς ἔγραφα, & tunc idem est cum imperfecto indicativi. Sic etiam reliqua tempora eadem sunt cum supradictis indicativi, appositâ tantùm particulâ ἄς vel ἀμποτες νά.

Subjunctivi.

Præs. *Sing.* νὰ γράφω, νὰ γράφῃς, νὰ γράφῃ *ut scribam.*
Plur. νὰ γράφωμεν, νὰ γράφετε, νὰ γράφουσι.
Est etiam aliud præsens ab Aoristo, seu perfecto indicativi formatum, cujus significatio non est adeò præsens ac determinata ut prior, sed indifferens maximéque in usu apud recentiores Græcos, hoc modo.
Sing. νὰ γράψω, νὰ γράψῃς, νὰ γράψῃ *ut scribam.*
Plur. νὰ γράψωμεν, νὰ γράψετε, νὰ γράψουσι.
Reliqua tempora sunt eadem, quæ in indicativo additis tantùm particulis νὰ, & διὰ νὰ, ut ἄν *si*, ἀγκαλὰ καὶ *licet*, ὅταν *cùm*, & ἀνίσως καὶ *si*.
Nota tamen plusquam-perfectum, præter illum modum quo exprimitur in indicativo posse etiam sic efferri, scilicet ἂν ἤθελα γράψει *si scripsissem*, & tunc idem est cum imperfecto optativi.

Futurum etiam diversis modis, præter illum decantatum indicativi, pro varietate sermonis usurpatur. Nam cùm Latinè dicimus, *cùm scripsero*, Græcè vertetur ὅταν θέλω γράψει vel σὰν γράψω, καλὰ καὶ θέλω ἔχει γραμμένα *licèt scripsero*, & reliqua.

Infinitivi.

Præsens, & alia tempora eadem omnino sunt cum temporibus subjunctivi, retentâ sola particulâ να, ut νὰ γράψω *scribere*, νὰ ἔγραφα, &c.

Participij.

Præsens, & alia tempora duobus modis exprimuntur, vel simpliciter, & indeclinabiliter mutando ω præsentis indicativi in ο, & additâ syllaba ντας, ut γράφω *scribo*, γράφοντας *scribens*, & hoc participium est omnis generis; vel mutuando participium ἔσοντας, & præsens subjunctivi, ut ἔσοντας καὶ νὰ γράψω *scribens*, vel *cùm scriberem*, ita ut verbum νὰ γράψω varietur quoad numerum, & personam, cùm opus fuerit. Reperitur etiam apud nonnullos Græcos quoddam participium in μενος, quod licèt vocem habere videatur passivam, revera tamen activam sibi vindicat significationem, formatur ab imperfecto activo indicativi ablato augmento, & additâ syllabâ μενος, ut à πηγαίνω *eo*, ἐπήγαινα *ibam*, fit participium πηγαινάμενος *iens*.

Verbi Passivi Indicativi.

Præs. *Sing.* γράφομαι, γράφεσαι, γράφεται *scribor.*
Plur. γραφόμεσθεν vel γραφόμεθα, γράφεσθε vel γράφεσθε, γράφονται.

Imp. *Sing.* ἐγραφόμουν, ἐγράφεσο, ἐγράφουντο vel ἐγράφετον *scribebar.*

Plur. ἐγραφούμεθεν, ἐγραφοῦσθε vel ἐγράφεσθε, ἐγράφουνταν vel ἐγραφουνῶτασι.

Perf. *Sing.* ἐγράφθηκα, ἐγράφθηκες, ἐγράφθηκε *scriptus fui.*
Plur. ἐγραφθήκαμεν, ἐγραφθήκατε, ἐγραφθήκασι vel ἐγραφθήκανε.

Vel alio modo elegantiore.

Sing. ἐγράφθην, ἐγράφθης, ἐγράφη.
Plur. ἐγράφθημεν, ἐγράφθητε, ἐγράφθησαν.

Plusq. *Sing.* εἶχα γραφθῇ, εἶχες γραφθῇ, εἶχε γραφθῇ *scriptus eram* vel *fueram.*
Plur. εἴχαμεν γραφθῇ, εἴχετε γραφθῇ, εἴχασι γραφθῇ.

Fut. *Sing.* θέλω γραφθῇ, θέλεις γραφθῇ, θέλει γραφθῇ *scribar.*
Plur. θέλομεν γραφθῇ, θέλετε γραφθῇ, θέλουσι γραφθῇ.

Imperativi.

Præs. *Sing.* γράφου *scribare*, ἂς γραφθῇ *scribatur.*
Plur. ἂς γραφθοῦμεν (γραφθῆτε) ἂς γραφθοῦνε vel ἂς γραφθοῦσι.

Optativi.

Præs. & Imp. *Sing.* ἤθελα γραφθῇ, ἤθελες γραφθῇ, ἤθελε γραφθῇ *utinam scriberer.*
Plur. ἠθέλαμεν γραφθῇ, ἠθέλετε γραφθῇ, ἤθελασι γραφθῇ.

Reliqua tempora sunt eadem cum indicativo appositis tantùm particulis ἀμποτες νὰ vel ἂς. Adde tamen plusquam-perfectum posse etiam exprimi hoc modo.

Plusq. *Sing.* ἂς ἤμουν γραμμένος, η, ον, ἂς ἤσουν γραμμένος, ἂς ἦτον γραμμένος, *utinam scriptus essem.*
Plur. ἂς ἤμεθεν γραμμένοι, αις, α, ἂς ἤσθενε γραμμένοι, ἂς ἦτονε γραμμένοι.

Subjunctivi.

Præs. *Sing.* νὰ γραφθῶ, νὰ γραφθῇς, νὰ γραφθῇ *ut scribar.*
Plur. νὰ γραφθοῦμεν, νὰ γραφθῆτε, νὰ γραφθοῦσι.

Reliqua ut in indicativo cum particulis illis νὰ, διανὰ, ἂν, σὰν, &c. Infinitivus convenit cum subjunctivo.

Participij.

Præs. *Sing.* γραμμένος, γραμμένη, γραμμένον *scriptus a, um.*
Plur. γραμμένοι, γραμμέναις, γραμμένα *scripti, ta, ta.*

Desumitur hujusmodi participium à perfecto passivo participij Græcoliteralis ablato augmento syllabico, ut à γεγραμμένος ablato γε, remanet γραμμένος, sic à νενικημένος *victus* ablato νε fit νικημένος, & sic de omnibus passivæ vocis.

De Verbis Circumflexis.

DUæ sunt verborum circumflexorum conjugationes, quarum prima est in εῖς & εῖ, secunda verò in ᾶς & ᾷ. Utraque habet perfectum in σα, sed penultima modò est ε, modò η, modò denique α. Pro quo.

Adverte in prima Conjugatione penultimam perfecti tunc assumere η, quando penultima præsentis est longa, ut τραγουδῶ *cano*, ἐτραγούδησα *cecini*, πατῶ *calco*, ἐπάτησα *calcavi.* Excipe χωρῶ *capio*, ἐχώρεσα *cepi.* Quando verò est brevis, penultimam perfecti exire in ε, saltem ut plurimùm, ut πονῶ *doleo*, ἐπόνεσα *dolui*, καλῶ *voco*, ἐκάλεσα *vocavi*, βαρῶ *percutio*, ἐβάρεσα *percussi*, &c.

In secunda conjugatione penultima perfecti sæpissimè est in η, ut ἀγαπῶ *amo*, ἀγάπησα *amavi*, νικῶ *vinco*, ἐνίκησα *vici*, & alia innumera; excipe γελῶ *rideo*, ἐγέλασα *risi*, διψῶ *sitio*, ἐδίψασα *sitivi*, πεινῶ *esurio*, ἐπείνασα *esurivi*, χαλῶ *destruo*, ἐχάλασα *destruxi*, σχολῶ *vaco*, ἐσχόλασα *vacavi*, ῥιγῶ *frigeo*, ἐρίγασα *frigui*, φυρῶ *consumo*, ἐφύρασα *consumpsi*: & quædam verba in ερνῶ, ut ξερνῶ *vomo*, ἐξέρασα *vomui*, κερνῶ *infundo*, ἐκέρασα *infudi*, περνῶ *supero*, ἐπέρασα *superavi*: item monosyllaba ut σκῶ *disrumpor*, ἔσκασα *disruptus sum*, σπῶ *vello*, ἔσπασα *velli*, quorum composita retinent eandem penultimam. ἐπαινῶ verò, & καταφρονῶ habent ε, in penultima præteriti, ut ἐπαίνεσα *laudavi*, ἐκαταφρόνεσα *contempsi.* Hæc autem sunt penitus anomala βαστῶ *duro* vel *tolero*, ἐβάσταξα *duravi* vel *toleravi*, πετῶ *volo*, ἐπέταξα *volavi*, & ejus composita.

Exemplum Verbi Circumflexi in εῖς.

Verbi Activi Indicativi.

Præs. *Sing.* πατῶ, πατεῖς, πατεῖ *calco.*
Plur. πατοῦμεν, πατεῖτε, πατοῦσι vel πατοῦνε.

Imp. *Sing.* ἐπάτουν, ἐπάτεις, ἐπάτει *calcabam.*
Plur. ἐπατούσαμεν, ἐπατεῖτε, ἐπατοῦσαν.

Perf. *Sing.* ἐπάτησα, ἐπάτησες, ἐπάτησε *calcavi.*
Plur. ἐπατήσαμεν, ἐπατήσατε, ἐπάτησαν vel ἐπατήσασι.

Plusq. *Sing.* εἶχα πατήσει, εἶχες πατήσει, εἶχε πατήσει *calcaveram.*
Plur. εἴχαμεν πατήσει, εἴχετε πατήσει, εἴχασι πατήσει.

Fut. *Sing.* θέλω πατήσει, θέλεις πατήσει, θέλει πατήσει *calcabo.*
Plur. θέλομεν πατήσει, θέλετε πατήσει, θέλουσι πατήσει.

Imperativi.

Præs. *Sing.* πάτησε *calca tu.* ἂς πατήσῃ *calcet ille.*
Plur. ἂς πατήσωμεν, πατήσετε, ἂς πατήσουνε.

Cæteri modi & tempora conveniunt cum Indicativo, additis de more particulis illis διακριτικαῖς νὰ, διανὰ, ἀμποτες, &c. ut constat ex Barytonis.

Participij.

Præs. πατῶντας, omnis generis & indeclinabile formatur à præsente indicativi, additâ tantùm syllabâ ντας, ut πατῶ, πατῶντας *calcans.*

Verbi Circumflexi Passivi Indicativi.

Præs. *Sing.* πατοῦμαι, πατεῖσαι, πατεῖται, vel πατεῖεται *calcor.*
Plur. πατούμεθεν, πατεῖσθε vel πατεῖεσθε, πατοῦνται.

Imp. *Sing.* ἐπατούμουν, ἐπατοῦσου, ἐπατειοῦντο vel ἐπατεῖτον *calcabar.*
Plur. ἐπατειούμεθεν, ἐπατεῖσθε vel ἐπατεῖεσθε, ἐπατειοῦνταν.

Perf. *Sing.* ἐπατήθηκα vel ἐπατήθην, ἐπατήθηκες vel ἐπατήθης, ἐπατήθηκε vel ἐπατήθη *calcatus fui.*
Plur. ἐπατηθήκαμεν vel ἐπατήθημεν, ἐπατηθήκατε vel ἐπατήθητε, ἐπατηθήκασι vel ἐπατήθησαν.

Plusq. *Sing.* εἶχα πατηθῇ, εἶχες πατηθῇ, εἶχε πατηθῇ *calcatus fueram.*
Plur. εἴχαμεν πατηθῇ, εἴχετε πατηθῇ, εἴχασι πατηθῇ.

Fut. *Sing.* θέλω πατηθῇ, θέλεις πατηθῇ, θέλει πατηθῇ *calcabor.*
Plur. θέλομεν πατηθῇ, θέλετε πατηθῇ, θέλουσι πατηθῇ.

Imperativi.

Præs. *Sing.* πατήσου *calcare tu.* ἂς πατηθῇ, *calcetur ille.*

Plur.

Plur. ἂς παληθοῦμεν, παλήθῆτε, ἂς παληθοιοῦν vel πάληθοῦσι. & reliqua ut in γράφομαι.

Participij.

Præs. παλημένος, παλημένη, παλημένον, *calcatus, a, um.* à Græco literali πεπαλημένος priore syllabâ recisa: vel (ut morem geram iis qui Græcoliteralem grammaticam non legerunt) ab ἐπάτησα perfecto activo indicativi, mutatâ σα in μενος, quia penultima est longa, nam quum est brevis remanet ς, & vertitur tantùm α in μενος, ut patet in ἐκάλεσα *vocavi*, καλεσμένος *vocatus*. quod etiam verum est in Verbis barytonis, quorum præteritum est in σα, ut ὁμόνοιασα *conveni*, ὁμονοιασμένος *qui cum alio convenit*: quorum autem præteritum est in ψα, ψ vertunt in μ, & α in μενος, ut ἔγραψα *scripsi*, γραμμένος *scriptus*: quorum in ξα, (dummodo non veniant ab aliquo præsente in ζω) mutant ξ in γ, & α in μενος, ut ἐδιάλεξα *selegi*, διαλεγμένος *selectus*; dixi, dummodo non veniant ab aliquo præsente in ζω, quia tunc ξ transit in ς, ut à κράζω *voco*, ἔκραξα, κρασμένος, φωνάζω *clamo*, ἐφώναξα, φωνασμένος *clamatus*, &c. imò in iis, quæ derivantur à verbis in σσω mutant ξ præteriti in μ, ut τάσσω *promitto*, ἔταξα, ταμμένος *promissus*. Tandem ubi sunt immutabilia λ & ρ, observantur mutatione α in μένος, & ablatione augmenti syllabici si fuerit, ut ἔψαλα *cecini*, ψαλμένος *cantatus*, ἔσπειρα *seminavi*, σπαρμένος *seminatus*. Ubi duo adverte, primùm penultimam perfecti in ρα, verti semper in α in participio passivo, ut patet in exemplo posito, & in aliis infinitis. Secundùm, verbum χαίρομαι *lætor*, excipi ab hac regula, utpote anomalum, cujus perfectum est ἐχάρηκα *lætatus sum*, participium autem passivum χαρουμένος *lætus*.

Sola præterita in μα formant participia passiva in μενος, mutando α in ω, ut ἔκαμα *feci*, καμωμένος *factus*. Sed in να vertunt ν in μ, & α in μενος, ut ἔκρινα *judicavi*, κριμένος *judicatus*.

Hic modus formandi participia passiva à perfecto activo facilior sine controversia, aptiórque ad instruendum tyronum animos videtur illo, quem tradidit P. Hieronymus Germanus Societatis Jesu in Dictionario suo Italo-Græco animadversione 4. de formatione participiorum, nam cùm dicat participium passivum formandum esse à præsente passivo mutando αι in ε, & addendo νος, ut à γράφομαι inquit, fieri debet γραφόμενος. Deinde vertendo φο in μ, γραμμένος *scriptus*, non unum nobis effingit participium, sed plura, præterquam quòd etiam non tradit regulam generalem pro omnibus aliis verbis, ut patet in φθείρομαι *corrumpor*, cujus participium est φθαρμένος *corruptus*, & in χαλοῦμαι *destruor*, cujus participium χαλασμένος *destructus*, nec potest dici quomodo formari possint à præsente. Hæc autem obiter dixi non ut talis tantique Viri auctoritati derogarem, qui optimè omnium nostris hisce seculis arcana hujus Græcæ linguæ penetravit, multósque nobis Gordianos nexus mira dilucidáque brevitate dissoluit, sed ut faciliorem meo judicio, incipientibus viam aperirem ad participiorum passivæ vocis efformationem.

Circumflexorum in ᾶς Exemplum.

Verbi Activi Indicativi.

Præs. *Sing.* ἀγαπῶ, ἀγαπᾷς, ἀγαπᾷ *amo.*
Plur. ἀγαποῦμεν, ἀγαπᾶτε, ἀγαποῦσι vel ἀγαπουσιν.

Imper. *Sing.* ἀγάπουν, ἀγάπας, ἀγάπα *amabam.*
Plur. ἀγαπούσαμεν, ἀγαπᾶτε, ἀγαποῦσαν.

Perf. *Sing.* ἀγάπησα, ἀγάπησες, ἀγάπησε *amavi.*
Plur. ἀγαπήσαμεν, ἀγαπήσατε, ἀγαπήσασι vel ἀγαπήσαν.

Plusq. *Sing.* εἶχα ἀγαπήσει, εἶχες ἀγαπήσει, εἶχε ἀγαπήσει, *amaveram.*
Plur. εἴχαμεν ἀγαπήσει, εἴχετε ἀγαπήσει, εἶχασιν ἀγαπήσει.

Fut. *Sing.* θέλω ἀγαπήσει, θέλεις ἀγαπήσει, θέλει ἀγαπήσει *amabo.*
Plur. θέλομεν ἀγαπήσει, θέλετε ἀγαπήσει, θέλουσιν ἀγαπήσει.

Imperativi.

Præs. *Sing.* ἀγάπησε vel ἀγάπα *ama tu.* ἂς ἀγαπήσῃ *amet ille.*
Plur. ἂς ἀγαπήσωμεν, ἀγαπήσετε vel ἀγαπᾶτε, ἂς ἀγαπήσουν. Cætera vide ut in barytonis.

Participij.

Præs. *Sing.* ἀγαπῶντας *amans.* ab ἀγαπῶ accentu immutato, & addito tantùm ντας, est omnis generis, & numeri.

Verbi Passivi Indicativi.

Præs. *Sing.* ἀγαποῦμαι, ἀγαπᾶσαι, ἀγαπᾶται *amor.*
Plur. ἀγαπούμεθεν, ἀγαπᾶσθε, ἀγαποῦνται.

Imp. *Sing.* ἀγαπούμουν, ἀγαποῦσου, ἀγαποῦτο, vel ἀγαπᾶτον *amabar.*
Plur. ἀγαπούμεθεν, ἀγαπᾶσθε, ἀγαποῦνταν.

Perf. *Sing.* ἀγαπήθηκα, ἀγαπήθηκες, ἀγαπήθηκε *amatus fui.*
Plur. ἀγαπηθήκαμεν, ἀγαπηθήκατε, ἀγαπηθήκασι.

Plusq. *Sing.* εἶχα ἀγαπηθῆ, εἶχες ἀγαπηθῆ, εἶχε ἀγαπηθῆ *amatus fueram.*
Plur. εἴχαμεν ἀγαπηθῆ, εἴχετε ἀγαπηθῆ, εἶχασιν ἀγαπηθῆ.

Fut. *Sing.* θέλω ἀγαπηθῆ, θέλεις ἀγαπηθῆ, θέλει ἀγαπηθῆ *amabor.*
Plur. θέλομεν ἀγαπηθῆ, θέλετε ἀγαπηθῆ, θέλουσιν ἀγαπηθῆ.

Imperativi.

Præs. *Sing.* ἀγαπήσου *fac ut ameris.* ἂς ἀγαπηθῇ *ametur ille.*
Plur. ἂς ἀγαπηθοῦμεν, ἀγαπηθῆτε, ἂς ἀγαπηθοῦν.
Reliqua ut in Barytonis.

Participij.

Præs. ἀγαπημένος, ἀγαπημένη, ἀγαπημένον *amatus, a, um,* vide quæ diximus in participio verbi πατοῦμαι. Atque hæc de Circumflexis.

De Verbo substantivo εἶμαι. De auxiliaribus θέλω & ἔχω, aliisque Verbis anomalis.

Verbi Substantivi Indicativi.

Præs. *Sing.* εἶμαι, εἶσαι, εἶν *sum.*
Plur. εἴμεθεν, εἶσθε, εἶν.

Imp. *Sing.* ἤμουν, ἤσουν, ἦτον *eram.*
Plur. ἤμεθεν, ἦσθε, ἦταν vel ἦσαν.

Perf. *Sing.* ἐστάθηκα, ἐστάθηκες, ἐστάθηκε *fui.*
Plur. ἐσταθήκαμεν, ἐσταθήκατε, ἐσταθήκασι vel ἐσταθήκαν.

Plusq. *Sing.* εἶχα σταθῆ, εἶχες σταθῆ, εἶχε σταθῆ *fueram.*
Plur. εἴχαμεν σταθῆ, εἴχετε σταθῆ, εἶχαν σταθῆ.

Fut. *Sing.* θέλω σταθῆ, θέλεις σταθῆ, θέλει σταθῆ *ero.*

Plur.

Plur. θέλομεν ςαθῆ, θέλετε ςαθῆ, θέλουσι ςαθῆ.

Dicitur etiam non incongruè.

Sing. θέλω εἶμαι, θέλεις εἶσαι, θέλῃ εἶναι.

Plur. θέλομεν εἴμεσθε, θέλετε εἶσθαι, θέλουσιν εἶσθαι.

Imperativi.

Præs. *Sing.* ἄς εἶσαι *sis tu.* ἄς εἶναι *sit ille.*

Plur. ἄς εἴμεσθεν, ἄς εἶσθε, ἄς εἶναι, & cætera ut in Indicativo.

Participij.

Præs. ὄντας *cùm sim*, omnis generis, numeri, & personæ. Dicitur etiam ἔςοντας vel ἔσοντας, sed unâ cum particula καὶ, & aliquo verbo.

Verbi θέλω *Indicativi.*

Præs. *Sing.* θέλω, θέλεις vel θὲς, θέλει vel θὲ *volo.*

Plur. θέλομεν vel θέμεν, θέλετε vel θέτε, θέλουσι vel θέσι, & θέλουνε vel θένε.

Imper. *Sing.* ἤθελα vel ἤθελα, ἤθελες, ἤθελε *volebam.*

Plur. ἠθέλαμεν, ἠθέλετε, ἠθέλανε vel ἠθέλασι.

Perf. *Sing.* ἠθέλησα vel ἠθέλησα, ἠθέλησες, ἠθέλησε *volui.*

Plur. ἠθελήσαμεν, ἠθελήσατε, ἠθελήσανε vel ἠθέλησαν, vel ἠθελήσασι.

Plusq. *Sing.* εἶχα θελήσει, εἶχες θελήσῃ, εἶχε θελήσει *volueram*, &c.

Fut. *Sing.* θέλω θελήσῃ, θέλεις θελήσει, θέλει θελήσει *volam*, &c.

Imperativi.

Præs. *Sing.* κάμε νὰ θέλῃς *fac ut velis.* ἄς κάμῃ νὰ θέλῃ *velit ille.*

Plur. ἄς κάμωμεν νὰ θέλωμεν, κάμετε νὰ θέλετε, ἄς κάμουν νὰ θέλουνε, vel ἄς κάμουσι νὰ θέλουσι.

Dicitur etiam in secunda persona singulari κάμε νὰ θελήσῃς, &c.

Participij.

Præs. θέλοντας, *volens.* omnis generis, numeri, ac personæ.

Verbi ἔχω *Indicativi.*

Præs. *Sing.* ἔχω, ἔχεις, ἔχει *habeo.*

Plur. ἔχομεν, ἔχετε, ἔχουσι vel ἔχουνε.

Imp. *Sing.* εἶχα, εἶχες, εἶχε *habebam.*

Plur. εἴχαμεν, εἴχετε, εἴχανε vel εἴχασι.

Perfecto proprio, & plusquam-perfecto caret, pro quibus utitur perfecto, & plusquam-perfecto verbi κρατῶ *teneo*, ut ἐκράτησα *habui* vel *tenui*, εἶχα κρατήσει *habueram*, vel *tenueram.*

Fut. *Sing.* θέλω ἔχῃ, θέλεις ἔχει, θέλει ἔχει *habebo.*

Plur. θέλομεν ἔχει, θέλετε ἔχει, θέλουσιν ἔχῃ.

Imperativi.

Præs. *Sing.* ἔχε *habe.* ἄς ἔχῃ *habeat ille.*

Plur. ἄς ἔχωμεν, ἔχετε, ἄς ἔχουσι vel ἔχουν.

Participij.

Præs. ἔχοντας *habens.* omnis generis, numeri, ac personæ. Age jam anomalorum aliorum præcipuas flexiones in medium afferamus.

Anomala, quæ potui in hac lingua notare, quamvis ordine alphabetico ad majorem eorundem cognitionem, ac distinctionem collegerim, ac distribuerim, generatim tamen reduci possunt ad illa, quæ desinunt in άνω, quorum perfectum in ησα, ut ἁμαρτάνω *pecco*, ἁμάρτησα *peccavi.* Item in αίνω quorum perfectum modò est in ηκα, modò in ησα, ut inferiùs patebit. item in ένω, quorum perfectum in εσα, & denique omnia composita verbi ἔχω, quæ eandem cum illo sortiuntur conjugationem. Jam singula ordine literarum exponamus.

Αμαρτάνω *pecco*, perf. ἁμάρτησα *peccavi.*

Αναβαίνω *ascendo.* perf. ἀνέβηκα *ascendi.* imperativi præsens ἀνέβα *ascende.* Nota βαίνω simplex non reperiri, sed ejus composita frequenter apud nostros Græcos usurpari; quæ tamen omnia sunt anomala.

Ανας ένω *resuscito alios.* perf. ἀνάςησα *resuscitavi.* At ἀναςένομαι *surgo.* perf. habet ἀναςάθηκα *surrexi*, & imperativum ἀνας άσου *surge.*

Αποσώνω *finem sortior.* perf. ἀπόσωσα vel ἀποσώθηκα, vel ἀπόσωσα *finem sortitus sum.*

Αὐξάνω *augeo.* perf. αὔξησα & αὐξαίνω, ηὔξησα.

Αφίνω *relinquo.* perf. ἄφησα, *reliqui.*

Βάζω, βάλλω vel βάνω *pono.* perf. ἔβαλα *posui.* & imperat. βάλε *pone.*

Βιζάνω *sugo.* perf. ἐβίζασα *suxi.*

Βλέπω *video.* perf. εἶδα *vidi.* unde fut. θέλω ἰδῆ *videbo.*

Βόσκω *pasco.* perf. ἐβόσκησα *pascui.* βόσκομαι verò *pascor.* perfectum habet ἐβοσκήθηκα *pastus sum.*

Γδύνω *spolio.* perf. ἔγδυσα *spoliavi.*

Δένω *ligo.* perf. ἔδεσα *ligavi.*

Δίδω vel δίνω *do.* perf. ἔδωκα vel ἔδοσα *dedi.* imperat. δὸς *da.* & in plurali δότε *date.* passivum δίδομαι habet ἐδώθηκα *datus sum.* imper. δόσου *tradaris.*

Διαβαίνω *transeo.* perf. ἐδιάβηκα *transij.* cujus secunda persona ἐδιάβηκες & ἐδιάβης, & tertia ἐδιάβηκε vel ἐδιάβη. atque hoc observandum est in omnibus compositis verbi βαίνω.

Εμπαίνω *ingredior.* perf. ἦμπα vel ἐμπῆκα *ingressus sum.* imperativus ἔμπα *ingredere.*

Επιτυχαίνω *acquiro.* perf. ἐπίτυχα *acquisivi.*

Εὐγαίνω *exeo.* perf. ηὗγα vel εὐγῆκα *exivi.* fut. θέλω εὔγει. imperat. εὖγα *exi.*

Εὑρίσκω *invenio.* perf. ηὗρα vel ηὕρηκα *inveni.* fut. θέλω εὕρει *inveniam.* imperat. εὕρε. Eodem modo conjugantur ejus composita, ut ξαναυρίσκω *reperio.* perf. ἐξαναῦρα *reperi*, &c.

Εὐτυχαίνω *feliciter ago.* perf. εὐτύχησα *feliciter egi.*

Ζεσαίνω *calefacio.* imperfectum habet ἐζέσαινα & ἐζέσανα *calefaciebam.* perf. ἐζέσασα *calefeci.* & participium passivum ζεσαμένος *calefactus.*

Ηξεύρω *scio.* perf. ἔμαθα *scivi.* fut. θέλω μάθει *sciam.* imper. ἤξευρε vel μάθε *scias*, vel κάμε νὰ μάθῃς *fac ut scias.* subjunct. νὰ μάθω, vel νὰ ἠξεύρω, *ut sciam.* participium passivum μαθημένος *solitus* vel *assuefactus.*

Καίω *uro.* imperfectum ἔκαια *urebam.* & καύσω *uro.* imperf. ἔκαυσα. perfectum habent ἔκαψα *ussi.* passivum καίομαι *uror.* habet imperf. ἐκαίουμου *urebar.* & καύγομαι, ἐκαύγουμου, at perfectum utriusque est ἐκάηκα *ustus sum.* imperat. κάψε *urere*, ἄς καῇ *uratur ille.* subjunct. νὰ καγῶ *ut urar.* partic. καμμένος *ustus.*

Καταβαίνω vel κατεβαίνω *descendo.* perf. ἐκατέβηκα *descendi.* vide quæ diximus in διαβαίνω.

Καταλαμβάνω *comprehendo.* perf. ἐκατάλαβα *comprehendi.* imperat. κατάλαβε *comprehende.*

Κερδαίνω *lucror.* perfect. ἐκέρδησα vel ἐκέρδαισα *lucratus sum.*

Λαθαίνω *lateo.* perf. ἔλαθα *latui.*

Λαχαίνω *sortior.* perf. ἔλαχα *sortitus sum.*

Λέγω *dico.* perf. εἶπα *dixi.* fut. θέλω εἰπῆ *dicam.*

Μαζώνω *colligo.* perfect. ἐμάζωξα *collegi.*

Μαθαίνω *disco.* perfect. ἔμαθα *didici.* imperat. μάθε *disce.* subjunct. νὰ μάθω *ut discam.*

Μεταλάβω *communico* & *communicor.* perf. ἐμετάλαβα *communionem dedi* vel *accepi.*

Ξαναβλαςάνω vel ξαναβλαςαίνω *germino.* perf. ἐξαναβλάςησα *germinavi.*

Ξαναβλέπω *iterum video.* perf. ἐξανάδα *iterum vidi.* imperat. ξανάειδε *iterum vide.*

Ξαναλέγω *repeto.* perfect. ἐξανάπα *repetij.*

Ξαναψυχαίνω

Ξαναψυχαίνω *hilaresco*. perf. ἐξαναψύχησα *exhilaratus sum*.

Ξαπερνῶ *excello*. perf. ἐξαπέρασα *excellui*. imperat. ξαπέρασε *excelle*.

Ξεθυμαίνω *animo deficio*. perf. ἐξεθύμησα *animo defeci*.

Ξεπέφτω *præterlabor*. perfect. ἐξέπεσα *præterlapsus sum*.

Ξερνῶ *evomo*. perf. ἐξέρασα *evomui*.

Ξεχάνω *obliviscor*. perf. ἐξέχασα *oblitus sum*.

Πάγω, παγαίνω vel πηγαίνω *eo*. imperf. ἐπήγαινα *ibam*. perf. ἐπῆγα *ivi*. imperat. ἄμε, i. subjunct. νὰ πάγω *ut eam*. πάγω autem fit per syncopen à παγαίνω, unde retinet syncopen in omnibus personis, & numeris, ut πάγω, πᾶς, πᾶ, plur. πᾶμεν, πᾶτε, πᾶσι vel πᾶνε.

Παθαίνω *patior*. perfect. ἔπαθα *passus sum*. imperat. πάθε vel πάθαινε *patiare*. Hanc eandem flexionem sequuntur ejus composita κακοπαθαίνω *mala tolero*, &c.

Πέφτω *cado*. perf. ἔπεσα *cecidi*. Sic omnia ejus composita.

Πιάνω *accipio*. perf. ἔπιασα *accepi*. imperat. πιάσε & ἔπαρε *accipe*. item & ejus composita.

Πίνω *bibo*. perf. ἤπια vel ἔπια *bibi*. imperat. πιὲ *bibe*. subjunct. νὰ πιῶ *ut bibam*.

Πνέω *spiro*. perf. ἔπνευσα *spiravi*.

Ποδαίνω vel ποδήνω *ocreas induo*. perfect. ἐπόδησα *ocreas indui*.

Ριγάρω *ad regulam dirigo*. perf. ἐριγάρησα *ad regulam direxi*. Est verbum Italicum à Græcorum vulgari lingua usurpatum; sicut & sequens.

Ριζικάρω *discrimini expono*. perf. ἐῤῥιζικάρησα *discrimini exposui*.

Σβενῶ *extinguo* & *extinguor*. perf. ἔσβησα *extinxi* & *extinctus sum*. at σβίνω, ἔσβισα idem significat.

Σιάνω *accommodo*. perf. ἔσιασα *accommodavi*.

Σκύφτω *incurvor*. perf. ἔσκυψα *incurvatus sum*, tanquam à σκύφτω.

Στανιάρω *stanno illino*. imperf. ἐστανιάρεζα. perf. ἐστανιάρισα *stanno illinivi*.

Στέκομαι *sto*. perf. ἐστάθηκα *steti*. imperat. στέκε vel στάσε *sta*. subjunct. νὰ σταθῶ *ut stem*.

Σωπαίνω *taceo*. perf. ἐσώπασα *tacui*. imperat. σώπα *tace*. subjunct. νὰ σωπάσω *ut taceam*.

Τασάρω *taxo*. imperf. ἐτασάρεζα *taxabam*. perf. ἐτασάρισα *taxavi*. est verbum mutuatum ab Italis.

Τρώγω *manduco* præter propriam, germanámque flexionem, hanc quoque sibi communiter usurpat. τρώγω, τρῶς, τρῶ. plur. τρῶμεν, τρῶτε, τρῶσι vel τρῶνε. imperf. ἔτρωγα *manducabam*, ἔτρως, ἔτρω. plur. ἐτρώγαμεν, ἐτρῶτε, ἐτρώγασι vel ἐτρώγανε. perf. ἔφαγα *manducavi*, ἔφας, ἔφα. plur. ἐφάγαμεν, ἐφᾶτε, ἐφάγανε vel ἐφᾶσι. fut. θέλω φάγῃ *manducabo*. imperat. φάγε *manduca*, ἂς φᾶ *manducet ille*. subjunct. νὰ φάγω, *ut manducem*.

Υπάγω *eo*, dicitur per syncopen πάγω. imperf. ἐπήγαινα *ibam*, à πηγαίνω. perf. ἐπῆγα *ivi*, &c. vide suprà in πάγω.

Φεύγω *fugio*. perf. ἔφυγα *fugi*. imperat. φύγε *fuge*.

Φθάνω vel φτάνω *assequor*. perfect. ἔφθασα *assequutus sum*.

Χάνω *perdo*. perf. ἔχασα *perdidi*.

Χάσκω *ore aperto conjicio*. imperfect. ἔχασκα, & non plus ultrà.

Χορταίνω *saturo*. perf. ἐχόρτασα *saturavi*.

Χυώ *effundo*. perf. ἔχυσα *effudi*.

Ψιώ *concoquo*. perf. ἔψησα *concoxi*.

Ωφελαίνω *adjuvo*. perf. ὠφέλησα *adjuvi* ab ὠφελῶ.

Atque hæc omnia sunt ferè anomala verba, quorum præterita, vel alia tempora propriæ Conjugationis præcepta non observant, vel aliquo alio modo à communi cæterorum regula, & forma deficiunt.

CAPUT VIII.

De Temporum Græcæ linguæ vulgaris efformatione.

POst rudem, simplicémque temporum cognitionem, recta instituti postulat ratio, ut ampliorem clariorémque de illis methodum tradamus, ac non solùm de generali eorum formatione, sed etiam de speciali doctrinam proponamus.

Ut autem ab iis, quæ omnibus veluti propria sunt & communia, suum sibi sumat initium præsens tractatus, illud tanquam certum, immotúmque constituere placet, omnia præterita tempora, quorum nomine propriè appellanda censeo imperfectum, & perfectum, nullum aliud præter syllabicum, quod vocant augmentum admittere.

Hoc autem augmentum iis tantùm præteritis addi consuevit, quorum præsens incipit à consonante, ut λέγω *dico*, ἔλεγα *dicebam*. Hoc ipsum augmentum è syllabico fieri interdum solet temporale, quum videlicet vertitur ε in η, dicendo ἤλεγα pro ἔλεγα. Verùm id Græcos est imitari literales ac veteres, non autem recentiorum Græcorum linguâ loqui vernaculâ.

Illud etiam non te lateat, Verba, quæ initio præsentis scribuntur ρ, illam reduplicare post ε, augmentum syllabicum, in omnibus præteritis, ut ῥαντίζω *aspergo*, ἐῤῥάντιζα *aspergebam*, & ἐῤῥάντισα *aspersi*.

Animadverte tandem in verbis compositis ex aliqua præpositione, quæ incipiat à consonante, semper in præteritis illis augmentum syllabicum fieri ante ipsam præpositionem, nullâ penitus præpositionis elisâ vocali, ut καταδέχομαι *dignor*, ἐκαταδέχουμουν *dignabar*, & ἐκαταδέχθηκα *dignatus sum*. Hæc quidem in communi, jam singula in particulari examinemus, & inprimis activa.

De Præsente.

Præsens, quod potissima est totius verbi radix, & cardo, ad cujus characteristicam reliqua tempora, tanquam ad immotum axem, amussímque suspiciunt, quum activum est exit in ω, quod deinde mutatum in ο, format passivum in μαι. Ab illius finali consonante dependet characteristica præteriti, ut vidimus in Conjugationibus, & ab ejusdem inchoativâ, præteritorum nascitur augmentum syllabicum.

De Imperfecto.

Imperfectum à præsente deducitur mutando ω in α, & addendo cùm ratio postulaverit, augmentum syllabicum, ut γράφω *scribo*, ἔγραφα *scribebam*. Cæterùm id tantùm verum est in verbis barytonis; nam in circumflexis aliter prorsus dicendum, cùm ω, præsentis transeat in ουν in imperfecto, ut τιμῶ *honoro*, ἐτίμουν *honorabam*. Id verò commune est quibuslibet imperfectis, propriam sui præsentis characteristicam observare & penultimam, excipe ἔχω, ἄχω in cujus penultima additur ι.

De Perfecto, ſeu *Aoriſto*.

Perfectum, quod vicem gerit Aoriſti, cujus olim apud illa Græciæ vetuſta lumina, ac ſapientiæ decora non infrequens uſus fuit, augmentum habet idem cum imperfecto, ſi præſens incipiat à conſonante, ut *γράφω ſcribo*, *ἔγραψα ſcripſi*: obſervat item eandem penultimam, utpote ab eodem præſente deductum, mutatione ω in α, & characteriſticæ præſentis in characteriſticam præteriti quæ ſeptuplex eſt ψ, ξ, ς, λ, μ, ν, ρ, ut ſuprà diximus in conjugationibus barytonorum, pro quibus tantùm hæc regula traditur. Nota tamen perfectum in quarta Conjugatione, cùm duplex fuerit finalis conſonans præſentis, poſtremam abjicere, ſic *ψάλλω cano*, habet *ἔψαλα cecini*: *κάμνω facio*, *ἔκαμα feci*: *φέρνω fero*, *ἔφερα tuli*, & alia hujuſmodi. Rurſus quum penultima præſentis ejuſdem Conjugationis eſt per αι diphthongum, quam deinde ſequatur duplex liquida ρ ν, vertitur in η in perfecto, ut *δαίρνω verbero*, *ἔδηρα verberavi*: hoc ipſum obſervat *πέρνω accipio*, licèt penultima ſit per ε, habet enim perfectum *ἐπῆρα accepi*. Cæterùm αι ante unicam ν, vel amittit ι in perfecto, ut *χλιαίνω tepeſco*, *ἐχλίανα tepui*, vel vertitur ſæpiſſimè in η, ut *ὀμορφαίνω orno*, *ὀμόρφηνα ornavi*, *χοντραίνω craſſum facio* vel *craſſus fio*, *ἐχόντρηνα*, &c. Verbum *γένω ſano*, habet perfectum *ἔγιανα ſanavi*, ne coincideret cum *ἔγιανα ſanabam*, imperfecto. Reliqua præterita irregularia vide in anomalis. In diſſyllabis quartæ conjugationis ε præſentis, ſi præcipuè deriventur à Græcoliteralibus, obſervatur quidem in perfecto, ſed aſſumitur ulterius ι, ut *μένω ſto*, *ἔμεινα ſteti*, *στέλνω mitto*, *ἔστειλα miſi*, *σπέρνω ſemino*, *ἔσπειρα ſeminavi*, &c. De præteritis circumflexorum fuſiùs egimus ſuprà, exponentes eorum Conjugationes.

De pluſquam-perfecto.

Pluſquam-perfectum conflatur ex imperfecto *εἶχα* verbi *ἔχω*, & participio paſſivo neutro, quod remanet ſine flexione, ut *εἶχα γραμμένα ſcripſeram*, Gallicè *j'avois eſcrit*, *εἶχα* ſicut *avois*, variatur quidem in omnibus numeris, & perſonis, at *γραμμένα* & *eſcrit* manent penitus immutata. Vel etiam eidem imperfecto *εἶχα* addendo *γράψει* item invariatum, aliud effinges pluſquam-perfectum, frequens & ipſum apud recentiores Græcos.

De Futuro.

Futurum (proh temporum viciſſitudinem) ubi quondam apud veteres Græcos parens quodammodò reliquorum erat, & *ἀρχηγικὸν* Aoriſti, cujus vicem in hac lingua præteritum gerere ſuperiùs inſinuavimus; modò emendicatam aliunde tenet ſignificationem, atque ab eodem Aoriſto derivationem.

Duplici autem modo poteſt à præterito futurum effingi. Primò ablato augmento ſyllabico, & verſâ α in ω, ac addendo particulam θὲ, ut ab *ἔγραψα ſcripſi*, facies *θὲ γράψω ſcribam*, ita ut *γράψω* varietur per ſingulos numeros & perſonas, invariatâ particulâ θὲ. Vel

Secundò ſumendo verbum θέλω, & addendo tertiam perſonam ſupradicti futuri, ita ut θέλω flectatur per omnes numeros, & perſonas; minimè verò quod additur, ut *θέλω γράψει ſcribam*, *γράψει* remanet immutatum ubique.

Penultima futuri eſt ſemper eadem cum penultima perfecti, excipe *πάγω* & *πέρνω*, quorum perfectum penultimam habet in η, ſed futurum in α, ut *ἐπῆγα ivi*, *θέλω πάγει* vel *θὲν πάγω ibo*, & *ἐπῆρα, accepi*, *θέλω πάρει* vel *θὲν πάρω accipiam*.

Appendix de particula θὲ vel θὲν.

Quamvis frequentior ſit apud hodiernos Græcos uſus futuri ſecundo modo explicati, & particula θὲ vel θέλ aut θὲν per ſyncopen ita dicatur, ſicut & ἤθε pro *ἤθελα volebam*, quia tamen non raro reperies futurum primo modo traditum, quod affinitatem quandam cum Græcoliterali futuro præ ſe ferre videtur, idcirco pauca de dictarum particularum uſu cenſeo diſſerendum.

Eſt igitur particula θὲ, ſicut & verbum θέλω, quando abſolutè ponitur, nulláque particulâ ſuperadditâ, ſpecialis nota futuri. Dixi, abſolutè, nam ſi cum particula νὰ conjungatur, ut θέλω νὰ γράψω, non denotat futurum, ſed definitam quandam animi conſtitutionem ad ſcribendum.

Dicitur autem θὲ, quum verbum incipit à conſonante, π duntaxat exceptâ, ante quam ponitur θὲν, ut *θὲν πάρω accipiam*. Quòd ſi verbum inchoet à vocali, vel diphthongo, tunc utendum erit particulâ θέλ᾽, ut *θέλ᾽ ἀγαπήσω amabo*.

Obſerves obiter rogo, hujuſmodi particulam θὲ, vel verbum θέλω, quum conſtruuntur, reponi ante pronomina, & articula, ut *id tibi faciam*, ſi juxta Græcorum vulgus loqui velimus, dicemus θέλω σοῦ τὸ κάμει vel θὲ σοῦ τὸ κάμω.

De Paſſivis, ac primùm de Præſente.

Activorum ſic expoſitâ figuratione, par eſt, ut etiam ad paſſiva greſſum faciamus, & inprimis de primario eorum tempore, videlicet de præſente quàm pauciſſimis agere aggrediamur.

Præſens ergo paſſivum deſinit ſemper in μαι ab activo deductum, cujus ω ſi ſit verbi barytoni mutatur in ο, ſi verò circumflexi in ου diphthongum, & additur μαι, ut *δέρνω verbero*, *δέρνομαι verberor*, *κινῶ moveo*, *κινοῦμαι moveor*.

Secunda perſona eſt in σαι, quomodo imitatur flexionem verborum in μι paſſivæ vocis Græcoliteralis grammaticæ: Formatur in barytonis à prima præſentis paſſivi, mutando ο in ε, & μαι in σαι, vt *γράφομαι ſcribor*, *γράφεσαι ſcriberis*. Dixi in barytonis, quia in circumflexis ſecunda perſona præſentis paſſivi formari debet à ſecunda præſentis activi, cum hoc tamen diſcrimine, quòd in prima conjugatione circumflexorum poſt ει, addenda ſit ε cum accentu acuto, & poſt ς, αι, vt *πουλεῖς vendis*, *πουλειέσαι venderis*: in ſecunda verò facilè fiat addendo tantùm αι, vt *ἀγαπᾷς amas*, *ἀγαπᾶσαι amaris*.

Tertia fit à ſecunda, mutatâ σαι in ται, vt *δέρνεσαι verberaris*, *δέρνεται verberatur*, *πουλιέσαι venderis*, *πουλιέται venditur*, &c.

Prima pluralis eſt ſemper in ούμεσθεν, mutato vbi fuerit ο in ου, & μαι in μεσθεν, vt *γράφομαι*, *γραφούμεσθεν*, vel retento ο, vt *γράφομαι*, *γραφόμεσθεν*, his enim duobus modis exprimitur prima perſona pluralis.

Secunda fit à prima pluralis ablatâ με & ν, ac retentâ σθε, vt *γραφούμεσθεν*, *γραφοῦσθε*: vel à ſecunda ſingularis, mutando σαι, in σθε, vt *γράφεσαι*, *γράφεσθε*, poſſumus namque uti utraque ad libitum.

Tertia deducitur à ſecunda pluralis vertendo σθε in νται, ut *γραφοῦσθε*, *γραφοῦνται*: vel à prima ſingularis mutatione μαι in νται, ut *γράφομαι*, *γράφονται*.

De Imperfecto paſſivo.

Imperfectum paſſivum eſt ſemper in ϋμουυ, à prima pluralis præſentis paſſivi mutando μεϑεν in μουυ, & addendo augmentum ſyllabicum, ſi verbum incipiat à conſonante, ut γραφϋμεϑεν, ἔγραφϋμουυ *ſcribebar*. Secunda eſt in σϋ à prima ejuſdem, mutatâ μουυ in σϋ, ut ἐγράφϋμουυ, ἐγράφϋσϋ. Tertia verò à ſecunda, mutando σϋ in ντο, ut ἐγράφϋσϋ, ἐγράφουυτο. Vel alias à tertia ſingularis præſentis, vertendo ται in τον, addendóque ſyllabicum augmentum, ut γράφεται, ἐγράφετον.

Prima pluralis fit à prima ſingularis, addito ϑεν, & mutato ουυ in ε, ut ἐγραφϋμουυ, ἐγραφϋμεϑεν. Secunda à prima pluralis, ablatâ με & ν, ut ἐγραφϋμεϑεν, ἐγραφϋϑε. Vel à ſecunda ſingularis mutando ϋσϋ in εϑε, ut ἐγράφϋσϋ, ἐγράφεϑε. Tertia denique à tertia ſingularis vertendo ον in ανε, vel ασι, ut ἐγράφουυτον, ἐγραφουύτανε, vel ἐγραφουύτασι.

De Perfecto paſſivo.

Perfectum paſſivæ vocis, quod Aoriſto penitus paſſivo veterum Græcorum non tam ſignificatione reſpondet, quàm flexione ab activo formatur hoc modo. Debet priùs verti α in ϑηκα vel ϑλω, quæ eſt propria terminatio omnium penitus præteritorum paſſivæ vocis, tum ſi fuerit ψ verti in φ, ſi ξ in χ, ſi ς debet tolli, præterquam in verbis tertiæ conjugationis; ſi ν etiam ejicienda; ſi verò λ & ρ retinendæ. Quantum ad μ, rarò reperiuntur perfecta activa in μα, ſed ſi fuerint, ut ἔκαμα *feci*, carebunt tamen perfecto paſſivo: quare ut dicamus, *factus ſum* non utimur verbo κάμνομαι, ſed γίνϋμαι, cujus perfectum eſt ἐγινήθηκα. Jam penultima perfecti paſſivi eadem eſt cum penultima activi, ut ἔγραψα *ſcripſi*, ἐγράφθηκα vel ἐγράφθλω *ſcriptus ſum*: ἐφύλαξα *cuſtodivi*, ἐφυλάχθηκα vel ἐφυλάχθλω *cuſtoditus fui*: ἐκίνησα *movi*, ἐκινήθηκα vel ἐκινήθλω *motus ſum*: ὀνομάτισα *nominavi*, ὀνοματίϑηκα vel ὀνοματίϑλω *nominatus fui*, ἔψαλα *cantavi*, ἐψάλθηκα *cantatus fui*, &c. Id quidem ita ferè contingit; ſed quia nonnulla ſunt perfecta paſſiva quæ penultimam activi non retinent, ideò hic ſingillatim referam verba, quorum perfecti activi & paſſivi eadem eſt cum præſente penultima.

Verba activa in απω, αβω, αφω: επω, εβω, εφω: οπω, οβω, οφω, retinent in utroque perfecto vocalem, quæ in præſente præcedit β, π, φ, idem faciunt in ακω, αγω, αχω: εκω, εγω, εχω: αἴω, αδω, αθω: ετω, εδω, & εθω.

Verba autem in αζω, εζω, ιζω, οζω, υζω, & ηζω, vel in duo σσ, quorum perfectum activum eſt in σα, obſervant quidem ubique eandem penultimam, ſed aſſumunt ς ante ϑηκα, ut κολάζω *punio*, ἐκόλασα *punivi*, ἐκολάϑηκα *punitus ſum*, &c. quorum verò perfectum activum eſt in ξα, eandem etiam habent in utroque penultimam, ſed aſſumunt χ ante ϑηκα, ut κράζω *voco*, ἔκραξα *vocavi*, ἐκράχθηκα *vocatus fui*.

Verba in ερνω vel ελνω barytona diverſam habent in utroque perfecto penultimam, nam in activo ε præſentis, utplurimum additur ι, vel rariùs mutatur in η, in paſſivo verò ſemper vertitur in α, ut σπέρνω *ſemino*, ἔσπειρα *ſeminavi*, ἐσπάρθηκα *ſeminatus fui*: ςέλνω *mitto*, ἔςειλα *miſi*, ἐςάλθηκα *miſſus ſum*: & πέρνω *accipio*, ἐπῆρα *accepi*, ἐπάρθηκα *acceptus fui*. φέρνω autem *porto*, & ejus compoſita habent ἔφερα *portavi*, & ἐφέρϑηκα *portatus fui*.

Verba in αλλω faciunt perfectum paſſivum in άλϑηκα, in ανω, in άϑηκα; & verba in αινω habent ώϑηκα, præter χώνω *abſcondo*, quod habet ἐχώϑηκα aſſumptâ ς ante ϑηκα: in αίνω verò perfectum formant in άϑηκα, ut λαϑαίνω, ἐλαϑάϑηκα.

Tandem circumflexa, quorum activum perfectum eſt in ησα, paſſivum eſt ήϑηκα: quorum in εσα, modò in έϑηκα, modò in έϑηκα, ſi præcipuè penultima præſentis ſit brevis: quorum autem activum eſt in ασα, paſſivum eſt in άϑηκα, ut γελῶ *decipio*, ἐγέλασα *decepi*, ἐγελάϑηκα *deceptus fui*. Cæterùm hujus temporis flexio cùm ſit facilis & eadem omninò cum illa perfecti activi & Aoriſti primi paſſivi Græcoliteralis, reticebitur, & lectores ad illa remittentur. Anomala vide ſuprà ſuo loco.

Supereſt fortaſſis aliquid dicendum de pluſquam perfecto, & futuro paſſivo: Verùm quia hæc conveniunt cum activis, mutatâ tantùm voce activâ Verbi in paſſivam, ſcilicet γράψει in γραφθῆ, lectorem admonemus, ut adeat illa, ſicque finem imponimus temporum formationi.

CAPUT IX.

De Adverbiis.

POST tractatum de Verbis adverbiorum ſequitur expoſitio, ita quippe ſe habere videntur adverbia ad ipſamet verba, ut epitheta vel adjectiva ad ſubſtantiva; quare ſicut hæc ſine ſubſtantivis, ſic illa ſine verbis conſiſtere nequeunt.

Adverbia igitur, utplurimùm deſinunt in α, à nominibus neutrius generis deſumpta, ut ἐξαίσια *egregiè*, καλὰ *bene*, &c. pauca in ως, ut ὡσκαϑὼς *quemadmodum*, ὡς *ut*, ὀμπρῶς *ante*, vel *coram*. quàm exigua in ω, ut ἐπάνω *ſurſum*, κάτω *infrà*: rariſſima verò in ϋ, ut ἀξάφνϋ *derepentè*, πίτηκτϋ *data opera*, &c.

Eſt quidem ex adverbiis aliud quantitatis interrogativum, ut πόσον, *quantum?* cui reſpondet τόσον *tantum*, πολὺ *multum*, ὀλίγο *parum*, καμπόσον vel καμποσάκι *aliquantulum*. Sunt etiam quædam *Ordinis*, ſeu *Ordinalia*, ut πρῶτον vel πρῶτα *primò*, δεύτερον *ſecundò*, τρίτον *tertiò*, &c.

Eſt item aliud quantitatis adverbium compoſitum ex φορὰ vel βολὰ, & aliquo numerali nomine, vel adjectivo, ut μία φορὰ *ſemel*, δύο φοραῖς *bis*, τρεῖς βολαῖς *ter*, συχναῖς φοραῖς *frequenter*, πολλαῖς βολαῖς *multoties*, & alia plura.

Aliud dicitur qualitatis interrogativum, ut πῶς *quomodo?* cujus redditivum eſt, ἔτζι *ſic*. aliud veluti ſignum, & nota, ut καλὰ *benè*, ὀρθὰ *rectè*, κακὰ *malè*, ἄτυχα *pravè*, & his ſimilia.

Jam cætera adverbia vel ſunt *temporis*, ut σήμερον *hodie*, αὔριο *cras*, μεθαύριο *poſt craſtinum*, χθὲς *heri*, προχθὲς *nudiuſtertius*, τώρα *nunc*, ἀργὰ *ſerò*, ἀπέκει *poſtea*, πέρυσι *anno ſuperiore*, παρευθὺς *ſtatim*, & quæ ſequuntur. vel *Loci*, ut ἐκεῖ vel αὐτϋ̃ *ibi*, ἀπεκεὶ vel ἀπαυτϋ̃ *inde*, πϋ̃ *ubi*, πΰποτες *alicubi*, ἀπάνω *ſurſum*, κάτω *deorſum*, ὀμπροςὰ *vel* ὀμπρῶς *ante*, ἀπο-πίσω *retrorſum*, ἐδῶ *hic*, & alia. vel *Hortandi*, ut ἐλάτε *venite*, ἄς *eia*, γειάσϋ *euge*. vel *Similitudinis*, ut ὡσκαθὼς *quemadmodum*, ὡς *ſicut*, ὡσὰν vel σὰν, ὡσκαθὼς *tanquam*: vel *Intenſionis*, ut πολλὰ *multum*, δυνατὰ *vehementer*, ὑπερπερίσσα *ſuperabundanter*: vel *Remiſſionis*,

ut ἀχαμνὰ *remiſsè*, ἀγάλια *ſenſim*, μὲ βίας *vix*: vel *Dubitandi*, ut ἂν *an*, τάχα *forte*, τὸ λοιπὸν *igitur*: vel *Affirmandi*, ut ναὶ vel ναίσκε *certè*: vel *Aſſeverandi*, ut ὁλότελα *penitus*, ἀπαληθινὰ *verè*: vel *Negandi*, ut ὄχι vel ὄσκε, & ὄχεσκε *non*, δὲν vel δὲ *non*, μὴν vel μήν *ne*, μήτε vel μηδὲ *neque*, οὔτε *neque*, ἀκόμη vel ἀκόμα *nondum*.

Reperies quædam adjectiva neutra in υ, quæ tranſeunt in adverbia, ut τὸ ταχὺ *mane*, τὸ βράδυ *veſpere*, & nonnullos etiam accuſativos ſingulares, ut τὴν νύκτα *noctu*, τὴν ἡμέραν *die*, &c. His adde interjectiones ὄχου, & οἴμενα *hei mihi*, & alia.

Caput X.

De Præpoſitionibus.

Illius eſt expers recens hæc Græcorum lingua graviſſimæ difficultatis, quam antiqua literalis ſuis in præpoſitionibus experitur ob innumeras ferè variáſque illarum ſignificationes, ac caſus, quibuſcum alligantur. Noſtræ ſiquidem præpoſitiones, quæ octo præcipuè recenſentur, eundem ſemper caſum, accuſativum videlicet optant, unicámque vel ad plurimum duplicem ſibi ſignificationem aſciſcunt. Sunt autem hæ, εἰς, πρὸς, μετὰ vel μὲ, ἀπὸ, διὰ vel γιὰ, κατὰ, δίχως vel χωρὶς, ὡς.

Εἰς regit accuſativum, & ſignificat *in*, motum ſcilicet in locum, ac ſtatum in loco, ut εἰς τὸν οὐρανὸν idem valet ac *in cælum*, & *in cælo*, εἰς ἔπαινόν του *in ſuam laudem*, εἰς τὴν Ῥώμην, *Romæ*.

Πρὸς quamvis literalis, non conſtruitur tamen in hac lingua niſi cum accuſativo, ſignificátque *ad*, *erga*, vel *adverſus*, ut πρὸς ἐμένα *ad me*, *erga me*, *adverſus me*, &c.

Μετὰ, & per ſyncopen μὲ correſpondet præpoſitioni *cum*, ut μετὰ κείνους *cum illis*, μὲ πολλοὺς *cum multis*. Adverte tamen utplurimum tunc uti μετὰ, quum ponitur ante nomina, quæ incipiunt à vocali, μὲ verò quum incipiunt à conſonante.

Ἀπὸ idem valet quod *a* vel *ab*, *è* vel *ex*, & quamvis Græcoliteralis, non obſervat tamen eundem caſum, ſed accuſativo gaudet, eliditúrque ipſius ο, ſi nomina præeat quorum principium eſt vocalis, ſecus autem ſi ſit conſonans, ut ἀπ' ἐκείνους *ab illis*, ἀπὸ τὸν Θεὸν ἔρχονται ὅλα τὰ καλὰ, *à Deo omnia bona procedunt*.

Διὰ & corrupte γιὰ ſignificat *per*, *ob*, vel *propter*, ut διὰ vel γιὰ τὰ ἄσπρα γίνεται κάθε πρᾶγμα *per*, vel *propter pecuniam omnia fiunt*. Solet autem interdum addi particula τὸ, præpoſitioni διὰ vel γιὰ, quum præcipuè præcedit pronomina, ut διὰ τὰ μᾶς *propter nos*, διὰ τ' ἐκείνους *ob illos*; vel etiam λόγου, cum pronominibus tantùm, & genitivis μοῦ, σοῦ, τοῦ, τῆς, σᾶς, μᾶς, &c. ut διὰ τὸ λόγουμου *propter me*, διὰ τὸ λόγοσας *propter vos*, & ſic de reliquis, quo in caſu tantùm genitivum gubernat.

Κατὰ nunquam ſignificat *contra*, ſed *ſecundùm*, vel *juxta*, ſempérque poſtulat accuſativum, ut κατὰ τὸν τρόπον *ſecundùm modum* ἔκαμες κατὰ τὴν γνώμηνμου *feciſti juxta meam opinionem*.

Δίχως vel χωρὶς æquivalet *abſque*, vel *ſine*, ut δίχως ἄσπρα *ſine pecunia*, χωρὶς ἐλπίδα *abſque ſpe*, χωρὶς ἄλλο *abſque dubio*.

Ὡς denique valet *uſque* ut ἡ φωνήσου ἔσωσεν ὡς τὸν οὐρανὸν *clamor tuus uſque ad cælum pervenit*. videtur deſumpta à Græca literali, ἕως.

Hæ quidem ſunt præpoſitiones, quibus maximè vulgaris Græcorum lingua in ſimplici oratione uti conſuevit; ſunt tamen aliæ à Græca literali mutuatæ, quæ in compoſita duntaxat oratione reperiuntur, inprimis ἀντὶ, ut ἀντιστέκομαι *reſiſto*, πρὸ ut προφέρνω *offero*: παρὰ, ut παρακούω *non obedio*: σὺν, ut σύντροφος *ſocius*, & συντρέχω *concurro*: ἀνὰ, ut ἀναπείθω *perſuadeo*: ἐν, ut ἐγκαρδιώνω *animum confirmo*, & ἐγκαρδιακὸς *intimus*, ſeu *ex corde*: περὶ, ut περικυκλώνω *obſideo*: & ὑπὲρ, ut ὑπερπερίσσα *ſatis ſupérque*, & alia.

Cæterùm ut Latinas poſſis præpoſitiones Græcovulgares efficere, non abs re erit illas in medium proferre *a* vel *ab* & *abs e* vel *ex* ἀπὸ, ut ſuprà. *Abſque* δίχως vel χωρὶς, ut ſuprà. *Ad* πρὸς vel εἰς. *Apud* κοντὰ vel σιμὰ adverbia loci, quæ conjuncta cum pronominibus primæ, ſecundæ, & tertiæ perſonæ regunt genitivum, ut κοντά σου *apud te*, κοντά του *apud illum*, σιμάμου *apud me*: cum aliis verò exigunt accuſativum additâ præpoſitione εἰς, ut κοντὰ εἰς τοὺς παλαιοὺς *apud antiquos*. Hæc tamen præpoſitio εἰς amittit ει diphthongum, & ς conjuncta cum articulo ſubſequente, ut κοντὰ στὴν πόρταν *apud portam*, σιμὰ στὸν κάμπον *prope campum*. *Ante* ὀμπροστὰ vel ὀμπρὸς adverbia, quæ juncta cum ſupradictis pronominibus amant genitivum, ut ὀμπροστάμου *ante me*, ὀμπρός σου *ante te*, &c. cum aliis autem, accuſativum appoſitâ item præpoſitione εἰς, ut ὀμπροστὰ εἰς τὸν κόσμον *ante mundum*, ὀμπρὸς εἰς τὰ μάτιαμου *ante meos oculos*. *Antequam*, πρὶν νὰ cum ſubjunctivo, ut πρὶν νὰ κάμω, *antequàm faciam*.

Clam, κρυφὰ vel χωστὰ adverbia, quæ cum pronominibus illis regunt genitivum, ut χωστάμου *clam à me*; cum reliquis verò accuſativum adjunctâ præpoſitione ἀπὸ, ut ἐπῆρα το κρυφὰ ἀπὸ τοὺς ἄλλους *accepi illud clam ab aliis*. *Contra*, ἐναντίον adverbium, quod optat genitivum cum dictis pronominibus, ut ἐναντίον σου *contra te*, accuſativum verò cum reliquis additâ item præpoſitione εἰς, ut ἐναντίον εἰς τὸν οὐρανὸν *contra cælum*. *Coram*, ὀμπροστὰ vel ὀμπρὸς, vide *ante*. *Circa*, *circiter*, & *circum*, τριγύρου adverbium, quod poſtulat genitivum cum ſuprà recenſitis pronominibus, ut τριγύρου μου *circa me*; accuſativum autem cum reliquis appoſitâ item præpoſitione εἰς, ut τριγύρου εἰς τὴν χώραν *circa* vel *circum regionem*. *Cis*, vel *citra*, ἀπεδῶ ἀπὸ cum accuſativo, ut ἀπεδῶ ἀπὸ τὰ Ἄλπεις *cis*, vel *citra Alpes*. *Cum*, μετὰ vel μὲ, ut ſuprà. μαζὶ vel ἀντάμα adverbia, quæ cum pronominibus illis volunt genitivum; cum reliquis verò accuſativum adjunctâ præpoſitione μὲ vel μετὰ, ut μαζὶ μὲ τοὺς ἄλλους *unà cum aliis*. ἀντάμα μὲ τὸν ἄνδρα της *ſimul cum viro ſuo*.

De, τριγύρου, vide quæ diximus ſuprà in *circum*, & *circa*.

E vel *ex*, vide, *a* vel *ab*. *Erga* πρὸς vide *ad*. *Extra*, ὄξω vel ἔξω adverbium, quod dupliciter conſtruitur, vel abſolutè cum accuſativo, ut ὄξω τὰ μάτια σου *extra ſint tui oculi*, quod fit quum imprecamur alteri, vel cum præpoſitione ἀπὸ, ut ὄξω ἀπὸ τοῦτο ἔχω κάθε πρᾶγμα, *extra id omnia habeo*, & hic modus loquendi frequentior eſt, & æquivalet, *præter*.

In εἰς, ut ſuprà. *Inter*, ἀνάμεσα adverbium, quod poſitum cum dictis pronominibus genitivum gubernat, ut ἀνάμεσα του *inter illum*, cum aliis verò accuſativum, interpoſitâ præpoſitione εἰς, ut ἀνάμεσα εἰς τὸν λαὸν *inter populum*, ἀνάμεσα εἰς τοῦτο *inter hoc*, id eſt, *interim*. *Infrà*, ἀπὸ κάτω adverbium loci, ponitur cum genitivo ante pronomina μοῦ, σοῦ, τοῦ, τῆς, τοὺς, &c. cum accuſativo verò ante reliqua nomina appoſitâ præpoſitione ἀπὸ, ut ἀποκάτω ἀπὸ τὸν ῥῆγα *infra Regem*, &c. *Intra*, μέσα genitivo gaudet cum relatis pronominibus; cum cæteris accuſativo addi-

tâ

tâ præpositione εἰς, ut μέσα εἰς τ̃ καρδιάν μυ intra cor meum. Ob διὰ vel γιὰ, vide in διὰ.

Per, & *propter*, διὰ vel γιὰ, vide διὰ, ut suprà. *Post* vel *pone*, ὕςερα adverbium, quod cum illis sæpius repetitis pronominibus genitivum adoptat, ut ὕςερά συ *post te*, cum aliis verò, accusativum, appositâ item præpositione ἀπὸ, ut ἦλθα ὕςερα ἀπ' ὅλυς *post omnes veni*. *Præter*, vide *extra*. *Palam*, vide *coram*. *Præ*, vide *supra*, vel *super*. *Pro*, quum significat *defensionem*, dicitur διὰ vel γιὰ, cum accusativo, ut διὰ σένα πολεμῶ *propter te pugno*: quum verò idem sonat quod *vice*, vel *loco alterius*, utimur his vocibus, εἰς τὸ ποδάρι, vel εἰς τ̃ τόπον: cum genitivo, ut ὁ πάπας εἶν εἰς τὸ ποδάρι, vel εἰς τ̃ τόπον τ̃ Θεῦ εἰς τὴν γῆν *Papa vicem Dei gerit in terris*. Utimur interdum etiam præpositione ἀντὶ, sed hoc modo, exempli causâ, *pro pisce dedit mihi carnem*, ἀντὶ νὰ μῦ δώση ψάρι, μ' ἔδωκε κρέας. *Procul*, μακρὰ cum genitivo, si præcedat toties enumerata pronomina, ut μακρά μυ *procul à me*: cum accusativo verò, si cætera antecedat, interpositâ præpositione ἀπὸ, ut μακρὰ ἀπὸ τὰ μάτιά μυ *procul ab oculis meis*.

Sub, vel *subter*, vide *infrà*. *Super*, & *suprà* ἐπάνω vel ἀπάνω adverbium: construitur cum genitivo, si præfigatur pronominibus primæ, secundæ, & tertiæ personæ, ut ἀπάνω μυ *supra me*, ἐπάνω συ *supra te*, &c. cum accusativo verò, si aliis præponatur, interpositâ præpositione εἰς, ut εἶχεν ἀπάνω εἰς τὸ κεφάλι τυ ἕνα ςεφάνι, *habebat supra caput suum coronam*.

Tenus, vel *usque*, ὡς: vide suprà in ὡς.

Versus πρὸς cum accusativo. *Ultra*, vel *trans* ἀπέκει ἀπὸ, cum accusativo, ut ἀπεκεῖ ἀπὸ τὸ ποτάμι *ultra*, vel *trans fluvium*. Dicitur etiam ἀπόπερα, vel πέρα cum genitivo, ut ἀπόπερα, vel πέρα τ̃ ποταμῦ *trans flumen*.

Caput XI.

De Conjunctionibus.

Post exactam præpositionum inquisitionem, superest jam ut extremam omnium Orationis partem, ac minimam quæ Conjunctio dicitur, ob illius præcipuum munus, connectendi scilicet reliquas Orationis partes, absolvamus. Sunt autem ex Conjunctionibus quædam copulativæ, ut καὶ *&*, ἀμὴ vel μὰ *sed*, ἀκόμι *etiam*. aliæ verò Disjunctivæ ut ἢ *vel*: aliæ Continuativæ ἀνίσως καὶ *si*, ἂν vel ἂ *an*: quædam subcontinuativæ ut ἐπειδὴ vel ἐπειδὴ καὶ *quoniam* seu *quandoquidem*, σὰν *postquam*: nonnullæ Causales, ut διὰ νὰ vel νὰ *ut*, διὰ τὶ vel γιὰ τὶ *enim* aut *quia*: aliæ Dubitativæ, ut τάχα *forte*, τάχα νὰ μὴ *numquid*, τὸ λοιπὸν *igitur*. aliæ Collectivæ, ut τὸ λοιπὸν *ergo*, διὰ vel γιὰ τῦτο *propterea*: quædam denique Expletivæ, quæ tantùm ad ornatum orationis spectant ac numerum, non ad significationem, ut δὰ νε, &c. Atque hæc de omnibus orationis partibus singillatim sumptis.

Caput XII. & ultimum.

De Syntaxi Linguæ Græcæ Vulgaris.

Vidimus jam singulas orationis partes examinantes, quomodo dividantur, flectantur, ac conjungantur, quásve in partes secentur, ac quibus in classibus collocentur; nunc quâ ratione cum aliis jungi, ac inter se connecti debeant, quâ polliciti sumus brevitate sermonem instituemus.

De Concordantiis.

Tres etiam assignamus in hac lingua Concordantias, ut apud Latinos. Prima est nominativi cum Verbo in numero, & persona, ut ἐγὼ γράφω *ego scribo*, ἐκεῖνος παίζει *ille ludit*, ἐσεῖς μιλεῖτε *vos loquimini*.

Secunda est Adjectivi cum substantivo, ut σοφὸς ἄνθρωπος *homo doctus*, καλὰ παιδία *boni adolescentes*, καλῆς συνδροφιᾶς *bonæ conversationis*, &c. Substantiva quæ materiam significant, solent sæpissime accusativo efferri cum præpositione ἀπὸ, loco adjectivorum, ut ζώνη ἀπὸ πέτζι pro πετζίτικη *cingulus ex pelle*, ῥῦχον ἀπὸ τρίχαις pro τρίχινον *vestis ex pilis*; quod fit per eclipsin participij subintelligendo καμωμένη vel καμωμένον *facta* vel *factum*. Adjectiva semper præponi debent substantivis unà cum articulo, ut τὸ μικρὸ παιδὶ *parvus puer*, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος *primus homo*: Quòd si aliquando postponatur, duplicandus est articulus, & apponendus tam substantivo, quàm adjectivo, ut φέρε μυ τὸ ῥῦχο τὸ κόκκινον *affer mihi vestem purpuream*.

Tertia Relativi cum antecedente, in genere, & numero, ut εἶδα τ̃ Πέτρον, τ̃ ὁποῖο ἐμίλησα *vidi Petrum quem alloquutus fui*. & aliquando in casu, ut τὰ λόγια, τὰ ὁποῖα *verba quæ*. Si ponatur relativum inter duo nomina substantiva diversorum generum potest his duobus modis construi, exempli causâ, *sydus quod*, vel *quam vocant Capream*, communi Græcorum linguâ dices τὸ ἄςρον, τὸ ὁποῖον vel ὅπυ (quod est relativum indeclinabile, omnis generis, & numeri) κράζυν αἶγα vel τὸ ἄςρον ὅπυ τὸ κράζυν vel τ̃ κράζυν αἶγα.

E duobus substantivis ad diversa pertinentibus, si in oratione ponantur, aliud est nominativi casus, alterum verò genitivi, ut τὸ κορμὶ τ̃ Πέτρυ, *corpus Petri*, τὸ πέτζι τ̃ βοδιῦ *bovis pellis*. Interdum tamen iste genitivus transit in accusativum, ut ἡ τιμή τυς pro ἡ τιμή των *honor eorum*, ἕνα ποτῆρι νερὸ pro νερῦ *poculum aquæ*, & similia.

De Pronominibus μῦ, σῦ, τ̃, ἐμένα vel μὲ, ἐσένα vel σὲ, ἐμᾶς vel μᾶς, ἐσᾶς vel σᾶς, τ̃ τὴν, τὸ, τὰς, τυς, τ̃, τά.

Horum pronominum unà cum Verbis constructio, quoniam aliquantulum difficilis esse videtur, cùm certa quædam regula tradi non possit, quando præponenda sint vel postponenda, seu quando ἐμένα potiùs dicendum quàm μὲ, vel ἐσένα quàm σὲ, ut ἐσᾶς quàm σᾶς: idcirco de his nonnulla observatione digna exponere meritò judicavi.

Certum itaque inprimis, monosyllaba illa pronomina sive primæ sint, sive secundæ, sive tertiæ personæ nunquam ipso orationis initio collocari, sed elegantiùs semper post ipsum verbum poni, vel post aliquod nomen, vel post particulam δὲν vel δὲ *non*, ut ἀγαπῶ τα, ἀγαπῶ τυς, &c. *amo illa* vel *illos*, &c. ἐγὼ σᾶς εἶπα *ego dixi vobis*, δὲν μῦ κάμνει χρεία, *non est mihi opus*, βλέπει με *videt me*, & hujusmodi plura.

Certum secundò primos illos accusativos primæ, & secundæ personæ, ἐμένα videlicet & ἐμᾶς, ἐσένα & ἐσᾶς, poni semper in ipso orationis, periodique principio unà cum μὲ & μᾶς, σὲ & σᾶς, ut ἐμένα μὲ ἀγαπᾶ ὁ πατέρας μυ *me amat pater meus*, ἐσένα σὲ μισᾶ *te odio habet*, ἐμᾶς μᾶς κράζει παιδιά τυ *nos vocat filios suos*, ἐσᾶς σᾶς κράζει ἐχθρούς τυ *vos appellat inimicos suos*.

quæ loquutiones correſpondent Italicæ phraſi vel Gallicæ, cum quibus habet maximam affinitatem, quum dicunt, *à noi ci chiama ſui figliuoli*, *il nous appelle ſes enfans*, & ſimilia. Vides igitur hujuſmodi accuſativos cum ε, conjungi cum monoſyllabis μὲ, σὲ, μᾶς & σᾶς, qui ſtatim illos ſubſequuntur. Nominativi tamen ἐμεῖς & ἐσεῖς ponuntur abſolutè initio periodi, ut ἐμεῖς ψωμὶ δὲν ἔχομεν, καὶ ἡ κάτα τίτα σύρνει *nos panem non habemus*, *& felis trahit placentam*, eſt adverbium Græco-vulgare in filios, qui bona patris pauperis lautiùs quàm par ſit profundunt, & opiparè vivunt.

Certum inſuper μονοσύλλαβα illa pronomina μϐ, σϐ, τϐ, μᾶς, σᾶς, τῆς, & τϐς, &c. Si ſimul eſſe contingant cum aliquo adjectivo, poni inter adjectivum, & ſubſtantivum, ut ὁ πρῶτος μας φίλος *primus noſter amicus*, ἀγαπημένε μϐ ὑὲ *fili mi dilecte*, ἡ κακαῖς τϐς γλώσσαις *mala illorum lingua*, &c. Item ſumi pro pronominibus poſſeſſivis ἐδικόςμϐ, ἐδικόςσϐ, ἐδικόςτϐ *meus*, *tuus*, *ſuus*, &c. Verùm tunc non ponuntur abſolutè, ut poſſeſſiva, ſed unà cum alio nomine, ut quum dicimus, *liber meus*, τὸ βιϐλίον μϐ, at cùm dicimus, *hic liber eſt meus*, quia *meus* eſt ſolus & non cum alio nomine, nos dicemus, ἐτϐτο τὸ βιϐλίον εἶναι δικόμϐ, & non τϐτο τὸ βιϐλίον μϐ εἶναι.

Certum quartò monoſyllabos illos accuſativos μὲ & μᾶς, σὲ & σᾶς, τὸ & τϐς, tam ante verbum collocari poſſe, quàm poſt, ut ἐγὼ σᾶς τὸ ἐδιάβασα τὸ γράμμα, & ἐγὼ ἐδιάβασά σας το τὸ γράμμα, *ego vobis legi epiſtolam*. Quòd ſi hujuſmodi acccuſativi particulæ iſti δὲν vel μὴ *non*, ὡσὰν vel σὰν *ſicut*, vel adverbiis καθὼς *quemadmodum*, ἔτζι *ſic*, σήμερον *hodie*, αὔριον *cras*, τώρα *nunc*, & aliis adverbiis loci jungantur, tunc verbo poſtponi minimè poſſunt, ſed tantùm præponi, ut δὲν μᾶς τὸ ἔστειλες τὸ βιϐλίον *non miſiſti nobis librum*, σήμερον σᾶς εἶπα νὰ μὴν εὐγαίνετε *hodie vobis dixi ne exeatis*, nec enim bene dicemus, δὲν τὸ ἔστειλές μας, nec σήμερον εἶπα σας.

De quibuſdam Nominibus quæ genitivum regunt, vel accuſativum, ubi etiam de ablativo abſoluto.

Omnia nomina Comparativa, ſi præcipuè cum pronominibus primitivis conſtruantur, verbalia item in τικὸς unà cum nominibus, quæ dignitatis habent ſignificationem, ignorationis, participationis, ſimitudinis, ac communicationis, & utilitatis, genitivum adoptant, ut ἐκεῖνος εἶναι σοφώτερός μϐ *ille eſt ſapientior me*, ἐτϐτο εἶναι φανερωτικὸν τῆς ἀγάπης, *id eſt ſignificativum amoris*: ὁ ἱερέας εἶναι ἄξιος τιμῆς *Sacerdos eſt dignus honore*: ἀμαθὴς τῶν ἑλληνικῶν γραμμάτων *ignarus Græcarum literarum*, συντρόφος καλῶν ἀνθρώπων *bonorum hominum ſocius*, ὅμοιος τϐ λεοντάρε *Leoni ſimilis*, τὰ καλὰ εἶναι κοινὰ τῶν φίλων *bona ſunt amicis communia*, & ſimilia.

Ea item quæ dicuntur numeralia ordinis genitivum requirunt, ut δεύτερος μϐ *mihi ſecundus*, πρῶτος των *primus inter illos*, &c. Quæ tamen conſtrui etiam poſſunt cum accuſativo poſitâ præpoſitione ἀπὸ, ut ὕστερος ἀπ' ὅλϐς *poſtremus omnium*, πρῶτος ἀπ' ὅλϐς *primus omnium*, & ſic de reliquis.

Profectò, ut uno verbo dicam, omnia ſive Comparativa ſint, ſive ſuperlativa, ſive plenitudinem ſignificent, vacuitatem, utilitatem, & ſimilia, ſi cum pronominibus junguntur, utplurimum poſtulant genitivum ſi cum aliis nominibus accuſativum cum præpoſitione ἀπὸ, ut ἀπ' ὅλϐς τϐς ἕλληνας, ὁπϐ ἦσαν εἰς τὴν Τροίαν, δυνατώτερος, vel δυνατώτατος ἦτον ὁ Ἀχιλλεὺς, *omnibus Græcis qui extiterunt in expeditione Troiana fortior fuit*, vel *omnium Græcorum fortiſſimus fuit Achilles*. Nomen γεμάτος, utplurimum habet poſt ſe accuſativum ſine ulla præpoſitione, ut γεμάτος ἔννοιαις *curarum plenus*: At ἐναντίος *contrarius* genitivum amat cum primitivis pronominibus, cum aliis verò accuſativum unà cum præpoſitione εἰς, ut εἶναι ἐναντίος μϐ *eſt mihi contrarius*. & ἐναντίος εἰς ὅλϐς *contrarius omnibus*. φίλος denique ſemper reperitur cum genitivo, ut φίλος τϐ Θεϐ *amicus Dei*.

Inſtrumentum, cauſa, modus, & exceſſus debent in hac lingua exprimi accuſativo, cum præpoſitione μὲ, vel μετὰ, vel etiam interdum cum διὰ, vel γιὰ, ſi præſertim cauſam ſignificare velimus, ut ἐκτύπησά τϐ μὲ τὸ ῥαβδὶ *baculo illum percuſſi*, τὸ εἶδα μὲ καλὸ μάτι *oculo illum vidi benigno*, ἐσκότωσε τὸν ἐχθρὸν τϐ μὲ τὸ σπαθὶ *hoſtem ſuum gladio interemit*; νικᾶ ὅλϐς μὲ τὴν φωνὴν τϐ *ſua voce reliquos ſuperat*; διὰ τὴν δειλιάν, vel γιὰ τὸ φόβον ἔχασε τ' ἄρματά τϐ *præ pavore perdidit arma*.

Tempus item, & menſura tam loci, quàm ponderis ſimpliciter accuſandi caſu efferuntur, ut τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα δὲν κάμνει ἄλλο παρὰ νὰ διαβάσῃ *die ac nocte nil aliud facit quàm legere*, ἡ Ρώμη εἶναι μακρὰ ἀπὸ τὴν φράντζαν ἑκατὸ λέγαις *Roma diſtat a Gallia centum leucis*, βαρεῖ τριάντα λίτραις *eſt ponderis triginta librarum*.

Jam ablativum abſolutum, pro quo Græci literales utuntur genitivo, noſtri Græco-vulgares penitus ignorantes, nec genitivum uſurpant, nec alium caſum, ſed vel ipſo nudo nominativo utuntur, ut μισεύοντας ἐγὼ ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν ἔπεσεν ἡ στέγη τϐ σπιτιϐ σϐ *diſcedente me ab Eccleſia cecidit tectum tuæ domus*, vel loquutionem reſolvunt per ὅταν vel σὰν, ponentes verbum in imperfecto, ut ὅταν vel σὰν ἐμίσευα ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν ἔπεσεν, &c. *cùm diſcederem ab Eccleſia cecidit*, &c.

De conſtructione Verbi Activi.

Non nimis laborandum erit in tradendis regulis verborum activorum. Omnia ſiquidem verba activæ ſignificationis poſtulant ante ſe nominativum agentem, & poſt ſe accuſativum, vel genitivum patientem. Genitivo quidem utuntur hujuſmodi Græciæ regiones Peloponeſus, Creta, Chius, Zacynthus, & omnes penitus Græciæ inſulæ. Accuſativo verò gaudent Attica, Theſſalia, Macedonia, Thracia, & omnes prorſus Continentis provinciæ, atque incolæ. Quum igitur verſeris in inſulis, utere poſt verbum genitivo, accuſativo verò quum fueris in Continente.

Adverte tamen, quamvis ij qui in Inſulis ſunt poſt verbum activum genitivum, quem perſonæ vocant, admittant (res enim apud omnes, ac ſemper ubique ponitur in accuſativo, ut ἀκϐω τὰ λόγιά σου, non τῶν λόγιων σου, *audio tua verba*) id verum eſſe præcipuè, quum poſt verba ſequuntur pronomina illa primitiva μϐ, σϐ, τϐ, & tantùm in numero ſingulari, ut δὲν μϐ ἀκϐει *non me audit*; nam in plurali dicunt cum accuſativo, δὲν μᾶς εἶπε τίποτες, *nihil nobis dixit*, licèt in ſingulari dicerent, δὲν μϐ εἶπε τίποτες. Quòd ſi alia ſubſequantur pronomina, vel nomina, modò genitivum ponunt, modò accuſativum, ut ἀκϐω τὸν Πέτρον non τϐ Πέτρϐ *audio Petrum*, & μιλῶ τϐ Μάρκϐ, & non τὸν Μάρκον, niſi dicas μὲ τὸν Μάρκον, *alloquor Marcum*, vel *loquor cum Marco*.

Quando autem ſtatuendus ſit poſt verbum activum

vum genitivus, vel accusativus, optima regula est, si animadvertamus ad linguam Gallicam, vel Italicam. nam si post verbum activum ponatur particula *à*, tunc semper in Græco vulgari reponi debet post verbum genitivus, ut *j'ay dit à François*, ἐγὼ εἶπα τοῦ φραγκίσκου, non τὸν φραγκίσκον. Si verò talis particula non ponatur, utendum tunc erit accusativo, vel genitivo, juxta distinctionem Græciæ locorum superiùs insinuatam; ut *je vous ay fait la grace*, *ego vobis gratiam feci*, secundùm Insularum habitatores dices, ἐγὼ σοῦ τὴν ἔκαμα τὴν χάριν, & secundùm Continentis incolas, ἐγὼ σὲ τὴν ἔκαμα τὴν χάριν, quæ loquutio correspondet huic Italicæ, *la gratia ve l'hò fatta*.

Præterea sciendum, verba, quæ apud Latinos, vel Græcos literales exigunt post accusativum rei dativum personæ, apud Græcos vulgares usurpare pro dativo personæ, vel genitivum, ut loquuntur Insularum cultores, vel accusativum, ut Continentis incolæ, exempli causâ, *ego dedi tibi librum* dices, vel ἐγὼ σοῦ τὸ ἔδωκα τὸ βιβλίον, vel ἐγὼ σὲ τὸ ἔδωκα τὸ βιβλίον.

Rursus verba, quæ duos sibi accusativos adsciscunt apud Latinos, & ἄλλως, apud vulgares Græcos, vel ambos retinent, ut loquitur omnis Continens, aut mutant accusativum personæ in genitivum, ut phrasis est omnium Insularum, verbi gratiâ, *ego te doceo grammaticam*, dicetur ἐγὼ σὲ, vel σοῦ μαθαίνω τὴν γραμματικήν.

Idem fit aliquando, si verba apud Latinos regant ablativum cum præpositione *a* vel *ab*, & accusativum, ut *aufero à te vestem*, ἐγὼ σὲ, vel σοῦ παίρνω τὸ ῥοῦχον. dixi aliquando, quia utplurimùm pro ablativo ponitur accusativus cum præpositione ἀπὸ, ut *accepi à Petro tuas literas*, ἐγὼ ἔλαβα τὲς γραφαῖς σου ἀπὸ τὸν Πέτρον, *id habeo à te*, ἔχω το ἀπ' ἐσένα, & alia.

Idem etiam præstari debet, si verbum apud Latinos accusativum regat & genitivum, vel ablativum sine ulla præpositione, ut *impleo ollam denariorum*, γεμίζω τὸ τζουκάλι ἀπὸ τορνέσια, & *impleo vas aquâ*, γεμίζω τὸ ἀγγεῖον ἀπὸ νερό. in quibus tamen sæpe sæpius reticetur ἀπὸ, dicendo simpliciter τορνέσια & νερό.

De Constructione Verbi passivi, neutri, ac Deponentis.

Quemadmodum activæ vocis verbum exigit ante se nominativum agentem, & post se accusativum patientem, ita è contra passivæ vocis verbum postulat ante se nominativum patientem, post se verò accusativum agentem unà cum præpositione ἀπὸ, ut τὸ ἁμάξι τραβίζεται ἀπὸ τὰ ἄλογα *currus trahitur ab equis*. Semper igitur in passivis casus personæ verbi activi, quum videlicet duplicem requirit casum post se, vertendus est in nominativum, manente altero immutato, ut ἐγὼ σὲ μαθαίνω τὴν γραμματικήν, passivè redditur, ἐσὺ μαθαίνεσαι ἀπ' ἐμένα τὴν γραμματικήν, *tu doceris à me grammaticam*, &c. ut apud Latinos.

Ex verbis neutris, vel Deponentibus, quædam absolutè ponuntur sine ullo casu, ut ζῶ *vivo*, περπατῶ *ambulo*, στέκομαι *sto*, κοιμοῦμαι *dormio*: quædam verò requirunt post se aliquem casum, ut ἀρέσκει μου *placet mihi*, τί φαίνεται σας, *quid vobis videtur*, & alia, quæ genitivum, aut accusativum postulant pro diversitate præsentis Græciæ regionum, si eosdem casus, vel alios requirant Latinorum verba vel neutra, vel deponentia; & tunc Constructio erit eadem quam jam recensuimus in verbis activis.

De Verbis εἶμαι, φαίνομαι, *& aliis, tum de Verbo Impersonali, de Modis, Gerundiis, ac quibusdam loquutionibus.*

Verbum εἶμαι sum, duos habet nominativos ante, & post se, ut ὁ Ἀριστοτέλης ἤτονε μεγάλος φιλόσοφος, *Aristoteles erat magnus Philosophus*: eodem modo construitur verbum φαίνομαι *videor*, λέγομαι *dicor*, κράζομαι *vocor*, λογοῦμαι *nuncupor*, & similia, quæ præter illos duos nominativos admittunt etiam genitivum, vel accusativum juxta suprà dictam locorum Græciæ distinctionem, sicut Latina dativum, ut αὐτὸς μοῦ εἶναι, vel φαίνεται μου καλοτυχερὸς ἄνθρωπος *ipse mihi est*, vel *videtur vir idoneus*. Vel etiam accusativum cum præpositione ἀπὸ, si Latina regant ablativum cum præpositione *à* vel *ab*, ut *justus ab omnibus vocatur*, vel *reputatur beatus*, ὁ δίκαιος κράζεται, ἢ κρατεῖται μακάριος ἀπ' ὅλους.

Verbum impersonale duplicis est speciei, activæ nimirum & passivæ. Utrumque impersonalis verbi genus, vel ponitur absolutè sine ullo casu, ut βρέχει *pluit*, λέγουνε *fertur*; vel cum aliquo casu ut apud Latinos, verbi gratiâ, *pertinet ad me*, ἐγγίζει μου, *non licet vobis*, δὲν σᾶς πρέπει, *non curatur de anima*, δὲν ἐννοιάζεται διὰ τὴν ψυχήν. Ubi adverte, verba impersonalia utplurimùm sumi à tertia persona plurali præsentis indicativi activi, ut pro *scribitur* dicunt γράφουνε *scribunt*, pro *vivitur*, ζοῦνε *vivunt*, & alia. Dixi utplurimùm, quia reperitur interdum, & quidem rarò aliquod impersonale desumptum à tertia persona plurali præsentis indicativi passivi, ut κοιμοῦνται *dormitur*.

Modorum usus pervius est unicuique ut apud Latinos. In usum tamen hi præcipuè veniunt, indicativus, imperativus, & subjunctivus, qui vicem gerit infinitivi, & exprimitur per particulam νά, ut θέλω νὰ τὸ κάμω *volo illud facere*: cui interdum præponitur articulus τὸ, & ponitur loco nominis, ut τὸ νὰ κάμεις pro το κάμωμά σου *tuum factum*. Similem loquutionem habent Græci literales, ut τὸ ποιεῖν pro ποίημα, & Itali, *il fare*, pro *il fatto*. Hujusmodi modus semper ponitur post aliud verbum, sicut infinitivus apud Latinos; vel aliàs resolvitur per ὅτι vel πῶς, ut *scio te fecisse hoc*, vulgò possumus dicere, ἠξεύρω πῶς, vel ὅτι τὸ ἔκαμες, quod ὅτι & πῶς videtur correspondere Italico *che* vel Gallico *que*. Ponitur etiam καὶ pro ὅτι, ut λογιάζω καὶ τὸ ἔμαθες, pro ὅτι τὸ ἔμαθες, *puto te illud didicisse*. Jam quænam particula, vel Conjunctio unicuique modorum tribuatur; & quomodo inter se discrepent, vide suprà in Conjugationibus barytonorum.

Gerundiis caret utraque Græca lingua, fruitur verò Latina. Ea autem sic in vernaculam Græcorum dialectum vertenda censemus. Gerundia in *do*, resolvuntur in participia, ut *amando* ἀγαπῶντας, *dicendo* λέγοντας, &c. Gerundia in *dum* exprimuntur aliquando per διὰ νά, si illa præcedat præpositio *ad*, ut *ad habendum* διὰ νὰ ἔχῃ: aliquando per σάν, vel ἀνάμεσα ὅπου, si præcedat præpositio *inter*, ut *inter ambulandum*, σὰν ἐπερπάτουνα, id est, *dum ambularem*: *inter dicendum* ἀνάμεσα ὅπου ἐμίλιε *cùm loqueretur*, & similia. & aliquando per πρέπει, si à Latinis efferantur absolutè sine ulla præpositione, ut *faciendum mihi est*, πρέπει νὰ κάμω, *vobis agendum*, πρέπει νὰ κάμετε, &c. Hic modus loquendi non aberrat à mo o loquendi Italorum, vel Gallorum, dum dicun, *mi bisogna fare*, *il me faut faire*, cum hoc tamen discrimine, quòd in dictis linguis verbum consequens est infinitivi modi, & nunquã mutatur, at in Græca vulgari verbum quod subsequitur πρέπει, est subjunctivi modi, variatúrque ac construitur cum personis, quæ comitantur gerundia in *dum*, ita ut si persona sit singularis, & prima, verbum etiam erit primæ personæ numeri singularis, & sic de reliquis. Tandem gerundia in *di*, simpliciter efferuntur per νά cum subjunctivo,

ſubjunctivo, ut *tempus eſt eundi*, καιρὸς εἶναι νὰ πάμενι *ſciendi ſum cupidus*, ἐπιθυμῶ νὰ μάθω, &c.

Veniamus jam ad peculiares quaſdam loquutiones. Quum Latinè dicimus, *quod tibi ſcripſerim*, vernaculo Græcorum ſermone ſic efferemus, διὰ τί σοῦ ἔγραψα, vel ὅτι σοῦ ἔγραψα, vel τὸ νὰ σοῦ ἔγραψα, vel ἔσοντας καὶ νὰ σοῦ ἔγραψα, prior & ſecundus loquendi modus conformior Latinæ loquutioni videtur.

De nonnullis adverbiis, ac particulis, quæ vel nominibus, vel Verbis præfiguntur.

Ut totum communis Græcæ linguæ ſyntaxeos abſolvamus tractatum, brevibus percurremus nonnullas voces, quarum notitiâ non parum juvatur is, qui aditum ſibi fieri vult ad hujuſmodi linguæ Græcæ ſyntaxim. Dicamus ergo priùs de ἄμποτες *utinam*, quod adverbium eſt optandi, ponitúrque unà cum νὰ, & conſtituit in verbis peculiarem modum, qui dicitur optativus, reperitur cum perfecto, & imperfecto, ut ἄμποτες νὰ τὸν ἔκραξες, *utinam illum vocaſſes*, ἄμποτες νὰ τὸν ἔβλεπα, *utinam illum viderem*.

Ἄν, vel ἂ fit à Græcoliterali ἐὰν *ſi*, ac pariter regit ſubjunctivum, tempus amat id, quod nos in verbis barytonis diximus habere indifferentem quandam, ac indeterminatam ſignificationem, ut ἂν σὲ πιάσω *ſi te capiam*, non ἂν σὲ πιάνω: ἂν σὲ εὑρήσω *ſi te reperiam*, non ἂν σὲ εὑρίσκω. Conjungitur præterea cum omnibus præteritis, ut ἂν ἔκαμα *ſi feci*, ἂν ἔγραφε, *ſi ſcribebat*, ἂν θέλει δώσει *ſi dabit*, & reliqua.

Ἀπὸ, quamvis præpoſitio ſignificans *a* vel *ab*, in compoſitione tamen alicujus verbi, vel nominis, non ſemper eandem retinet ſignificationem; nam interdum denotat perfectionem, ut ἀποτελειώνω *perficio*, τελειώνω quippe ſimplex *finire* tãtùm ſignificat, ſed cum ἀπὸ *perfectè finire*, utque Latini dicunt, *rem reddere omnibus numeris abſolutam*. interdum verò *finem* quodammodo præ ſe ferre videtur, ut ἀποτρώγω *finem comedendi facio*, unde adverbia ἀπόφαγα *poſt prandium*, & ἀπόδειπνα *poſt cœnam*. & tandem *penitus*, ſeu *de*, ut ἀποκόβγω *penitus amputo*, & ἀποκεφαλίζω *decollo*, & alia.

Ἂς adverbium hortandi, ſi ponatur cum imperfecto efficit modum optandi, ut ἂς ἔβλεπα *utinam viderem*; cæterùm ἂς nota eſt imperativi, ſeu potiùs ſubjunctivi, ut ἂς κάμη *faciat*. Videtur autem derivari à Græcoliterali ἄφες, unde per ſyncopen ἂς. quare quum dicimus ἂς ἰδῶ, idem valet ac *ſine me, ut videam*, qui quidem loquendi modus frequens eſt in ſacris paginis, præcipuè in Evangelio, ἄφες ἴδωμεν, εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτὸν, quem imitati Græci-vulgares dicunt, ἂς ἰδοῦμεν ἂν ἔρχεται ὁ Ἠλίας διὰ νὰ τὸν ἐλευθερώσῃ.

Adverte tamen hujuſmodi ἂς, non poni in ſecunda perſona imperativi, ſed tantùm in prima, & tertia. Quia videlicet, aptior imperandi perſona videtur ſecunda, non prima, & tertia, unde & Itali quum magnates alloquuntur ſolent obſequij & reverentiæ causâ uti tertiâ perſonâ, ne loquentes ſecunda perſona, videantur aliquomodo illis imperare. Eſt igitur ἂς ſubjunctivi potiùs nota, quàm imperativi.

Δὲν, vel δὲ, deductum fortaſſe fuit ab οὐδὲν, ablatâ diphthongo ου. Dicitur autem δὲν, quum ponitur ante vocales & diphthongos, imò & ante aliquas conſonantes, videlicet ante β, γ, δ, θ, κ, π, τ, φ, χ: δὲ verò ante reliquas conſonantes. Regit indicativum tantùm, quia in reliquis modis non utimur δὲν, ſed μὴν, vel μὴ, ut μὴν κάμῃς *ne facias*.

Νὰ aliquando eſt adverbium demonſtrandi, & regit genitivum, ſi præcedat pronomina primitiva numeri ſingularis, ut νά σου *ecce tibi*, accuſativum verò ſi ſint numeri pluralis, & ante alia nomina, ut νά σας *ecce vobis*, νὰ τὸν Πέτρον *ecce Petrum*. Aliquando eſt conjunctio cauſalis, ab ἵνα deducta, unde ut illa ſubjunctivum expoſtulat, qui, ut diximus, vicem etiam gerit infinitivi. Atque hinc fit, ut aliqui dicant conjunctionem νὰ ſignum eſſe, ac notam infinitivi. Verùm quo firmo, ſtabilique nitantur fundamento non video. Interdum denique νὰ ſolet eſſe particula repletiva, & ornatûs cauſa maximè apud Chios, qui dicunt ἐκεινὰ pro ἐκεῖ, τουτονὰ pro τοῦτον, quam etiam replicantes ſatis molliter ſonant ἐκειναναὰ, & τουτονανὰ..

Νε item particula eſt quæ nihil ſignificat, & tantùm ad ornatum ponitur orationis, idque duntaxat à Chiis, non in quibuſlibet nominibus, ſed tantùm in articulis & pronominibus maſculinis & fœmininis, ubi reperiatur finalis litera ν, ac in prima, ſecunda, & tertia perſona verborum numeri pluralis, ut pro εἴδατην, εἴδατηνε, pro τοῦτον, τούτονε, pro τούτων, τουτωνῶνε, pro γράφομεν, γράφομενε, pro λέγετε, λέγετενε, & ſic de reliquis.

Ὡσὰν demum vel σὰν, aut σὰ, idem ſignificat quod Latinè *cùm* vel *poſtquam*, ac poſtulat ſubjunctivum, ut σὰν γράψῃς *cùm ſcripſeris*, σὰν ἔλθω *poſtquam venero*, & ſimilia.

Interjectio ὄχου, vel οἰμένα *hei mihi* regit accuſativum, ut οἰμένα τὸν κακόμοιρον *heu me infelicem*. At ὦ modò requirit nominativum, vel vocativum, ut ὦ μεγάλη δυστυχία *ô magnam calamitatem*, ὦ καλὲ ἄνθρωπε *ô bone vir*, modò verò genitivum, & tunc vim habet admirationis, ut ὦ τοῦ θαυμάτος *ô rem admirandam*, id eſt *Papæ*.

Atque hæc de Syntaxi linguæ Græcæ communis, methodicáque ejuſdem inſtitutione, majore quâ potui dilucidáque brevitate, ac ſtudio ad Dei omnipotentis gloriam, Fidei Catholicæ propagationem, Proximorum utilitatem, nec non ad φιλογλώσσων περιεργείαν.

Finis Grammaticæ.

TABELLÆ

SEU IMAGINES

RERVM QVARVMDAM,

AD REM PRÆSERTIM LITURGICAM,

aut vestiariam Græcanicam spectantium, quarum vocabula in hoc Glossario exponuntur.

EXPLICATIO TABELLARUM.

I. TAbella exhibet Ichnographiam ædis Sophianæ, ac proinde cæterarum fere apud Græcos Ecclesiarum, in qua multa exhibentur in Glossario subinde explicata, in vocibus quæ hic Græcè describuntur. Ac primò quidem ΚΟΓΧΗ, sub qua ΒΗ͂ΜΑ consistit. In Bemate ΣΥ'ΝΘΡΟΝΟΝ, ΤΡΆΠΕΖΑ ἉΓΊΑ, cui incumbit ΚΙΒΏΡΙΟΝ. Sub Ciborio, ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ'. Circa Ciborium, ΒΕΛΌΘΥΡΑ. Bema clauditur ΚΑΓΚΈΛΛΟΙΣ tribus, in iis, portis perviis, quas ΠΎΛΑΣ ἉΓΙΑΣ vocant. Extra Cancellos prostat ΣΩΛΕ'Α. Soleæ lateri, quod ædem ingredienti sinistrum est, ΠΡΌΘΕΣΙΣ: dextro ΔΙΑΚΟΝΙΚΌΝ adjacent. Statim post soleam ἌΜΒΩΝ conspicitur. Quidquid extra Bema est, ΝΑΟ'Σ appellatur. Templi media pars, cui Hemisspherij pars itidem media imminet, ὈΜΦΑΛΟΣ dicitur. Porticus tum inferiores, tum superiores, ΚΑΤΗΧΟΥΜΈΝΙΑ vocantur. Ad ædem novem portis aditus patet, quæ ΠΎΛΑΙ ΒΑΣΙΛΙΚΑΙ' & ὩΡΑΊΑΙ dicuntur. Ædi ΝΆΡΘΗΞ obversatur: Nartheci ΑΥ'ΛΗ', seu Atrium, quod ΤΕΤΡΑΣΤΌΩ circumdatur. In medio Atrio, quod ΓΑΡΣΩΝΟΣΤΆΣΙΟΝ vocant, est ΦΙΆΛΗ, seu ΚΆΝΘΑΡΟΣ. Mediæ partis ædi incumbit ingens Hemisspherium, quod ΤΡΟΥ'ΛΛΟΣ dicitur. Sustinetur illud quatuor Pilis majoribus, quas ΠΕΣΣΟΥ'Σ & ΠΙΝΣΟΥΣ vocant.

II. Tabella partem interiorem ædis Sophianæ effingit: ΚΑ'ΓΚΕΛΛΟΝ scilicet, quo Βῆμα à Ναῷ intercluditur, cum tribus suis portis. Huic obversatur ΣΩΛΕ'Α, ad cujus latera prostant, ut dixi, ΠΡΟΘΈΣΙΣ, & ΔΙΑΚΟΝΙΚΌΝ. Ut cæterarum sacrarum ædium eandem fuisse olim faciem credam, suadet Martyrologium Moscoviticum, à Viro doctissimo Daniële Pabebrochio in lucem emissum to. 1. Maij ad 31 Augusti, in quo effingitur *Collocatio Zonæ Deiparæ* in æde Chalcopratiana: & ad 1. Octobr. quo *Protectio Deiparæ à saxea pluvia* celebrari dicitur. Eadem pars interior à Possino pariter describitur in Notis ad Pachymerem.

III. Tabella ædis Sophianæ ΤΡΟΥ'ΛΛΟΥ, seu Hemisphærij formam exteriorem exhibet, cui imminet ΣΙΓΝΌΧΡΙΣΤΟΝ: in ima verò parte, ἌΜΒΩΝ.

IV. Tabella duas Imperatorum figuras habet: prior est Michaëlis Palæologi veste augustali, quam ΣΆΚΚΟΝ vocant, cum Zona, quæ ΛΏΡΟΣ, & ΔΙΑΔΗΜΑ appellatur. Caput ΚΑΜΕΛΑΥΚΊΩ tegitur, cui imminet Lapillus, ὈΡΦΑΝΟΣ dictus. Dextra ΝΆΡΘΗΚΑ, sinistra ἈΚΑΚΊΑΝ tenet. Pedes ΤΖΆΓΓΑΙΣ induuntur. Figura altera effingit Constantinum Palæologum, Michaëlis filium, cum paludamento, quod ΜΑΝΔΥ'ΑΝ vocant.

V. Tabella Balduinum II. Imperatorem equitem depingit, ut in illius Bulla aurea, quam alibi dedimus. In qua præsertim advertere licet Equi Tibialia, quæ ΤΟΥΒΊΑ dicuntur, ΣΕΊΑ, & alia equorum apud Græcos ornamenta. Effinguntur præterea ΦΑΚΙΟΛΙΟΝ, & Pileus, qui ΠΥΡΑΜΙΣ, & sceptrum, quod ΝΆΡΘΗΞ appellantur.

VI. Tabella binas Augustas repræsentat. Prior est Theodora Michaëlis Imp. altera, Helena, Manuelis Palæologi Imp. uxores. Utriusque caput tegitur Calyptra, quam ΤΥΜΠΑΝΟΝ vocant.. Utriusque etiam ΛΏΡΟΣ, seu ΔΙΆΔΗΜΑ pectus stringit.

VII. Tabella Consulis ordinarii figuram prodit, ex Diptycho præsertim Leodiensi depromptam, in qua potissimum licet formam ΛΏΡΟΥ Consularis & Imperatorij, & ΣΙΜΙΚΙΝΘΊΟΥ, seu ἘΓΧΕΙΡΊΟΥ, quod dextera gestat.

VIII. Tabella tres Ἀρχιερεῖς, seu Antistites depingit, quarum media est S. Joannis Chrysostomi Patr. Constantinopol. ΣΆΚΚΩ induti: quæ quidem vestis, à multitudine crucium in eo effictarum, ΠΟΛΥΣΤΑΥ'ΡΙΟΝ appellatur: cui superinjectum est ὨΜΟΦΌΡΙΟΝ. Aliæ sunt S. Nicolaï & S. Basilij, cum ΦΑΙΝΩΛΙΩ, cui pariter intextæ cruces. Ad latus dextrum pendet ἘΠΙΓΟΝΆΤΙΟΝ. In tribus istis figuris, Stolæ collum ambientis extrema conspiciuntur.

IX. Tabella Patriarcham cum ΠΟΛΥΣΤΑΥΡΊΩ & ΣΤΟΛῆ, præterea cum ΔΙΚΗΡΊΩ & ΤΡΙΚΗΡΙΩ exhibet: & cum est extra Ecclesiam, cum ΜΑΝΔΥ'Α, cui intexti sunt ΠΟΤΑΜΟΊ, cum Pileo, seu ΚΑΜΕΛΑΥΚΙΩ, ΚΑΜΙΛΑ'ΒΑ, & ΒΑΚΤΗΡΊΑ, seu Pedo.

X. Tabella Diaconos duos effingit: priorem cum stola, seu ὩΡΑΡΊΩ, in humero sinistro: alterum cum ἐν τῇ ἁγίᾳ ΕἸΣΌΔΩ μεγάλῃ defert ἄρτον ἅγιον.

XI. Tabella exhibet particulam Panis allati ad Sacrificium: ΔΊΣΚΟΝ, & ἁγίας ΜΕΡΊΔΑΣ: præterea ΛΟΓΧΗΝ ἁγίαν, qua Panis oblatus dissecatur.

XII. Denique Tabella, ἈΣΤῆΡΑ, quo sacrificij τὰ ΚΑΛΥ'ΜΜΑΤΑ sustinentur effingit, ac ΛΑΒΊΔΑ, seu Cochlear, quo sacer Sanguis hauritur: & ῬΙΠΊΔΙΟΝ, seu Flabellum, ad Liturgiam.


I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII

MICHAEL PSELLUS

IN SYNOPSI DE SINGULIS DISCIPLINIS,

Scripta versibus Politicis, ad Michaëlem Ducam,
ex Cod. Reg. MS.

Τὸ τρίτον τῆς Γραμματικῆς, τοῦτο τυγχάνει μέρος,
Ἱστοριῶν ἀπόδοσις, καὶ γλωσσῶν πολυτρόπων.
Ἑκάστη γὰρ διάλεκτος παμπόλλας ἔχει γλώσσας,
Ἡ γὰρ Δωρὶς διάλεκτος ἔχει τοίας δὲ γλώσσας,
Ἀργείων, Κορινθίων τε καὶ τῶν Συρακουσίων,
Ἡ δ᾽ Αἰολίς, τῶν Βοιωτῶν, πρὸς δὲ καὶ τῶν Λεσβίων.
Ὀφείλει δ᾽ ὁ Γραμματικὸς εἰδέναι καὶ τὰς γλώσσας·
Ἰάδος γὰρ τὸ πίσυρες, ἀλλὰ Συρακουσίων.

EUSTATHIUS in Iliad. A. pag. 96.

Γλῶσσα δὲ τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον· δηλοῖ δέ ποτε καὶ ἀπεξενωμένην διάλεκτον, ὡς τό, Γλῶσσ᾽ ἐμέμικτο· καὶ ὡς ὅτε ἔσπομεν, ὅτι τὸ μέν, Λιμοῖο, καὶ δένδρεω, καὶ ἵπποιο, Θετταλῶν γλώσσης ἐστί. Συρακουσίων δὲ γλῶσσα λέγει τὸ Πίασιος· Κρητῶν δὲ γλώσσης τό, Θεράπων, &c.

GLOSSARIUM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ GRÆCITATIS.

A.

ἈΒΆΚΤΙΣ, *Ab actis*, *Actuarius*, Ὑπομνηματοφύλαξ. Extat Epiſtola Nili Monachi 207. lib.2. inſcripta Theophilo ἀβάκτις.

ἈΒΆΛΑ, *Vah*, *Heu*, vox indignationis: Lexicon MS. Cyrilli: Αβάλε, φεῦ, οὐαί μοι. Philemon in Lexico Technologico MS. οὕτως οὖν φασὶ καὶ ῥάβδος, σεσημείωται τὸ Αβάλε. Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 53. p. 228. καὶ περιβλεψαμένη τοὺς πολίτας, λέγει, Αὕτη ὑμῶν ἐστὶν ἡ μεθ' ὅρκου ὑπόσχεσις; οὕτως ἀληθεύετε περὶ πάντων; ἀβάλα λοιπὸν τῷ πιστεύοντι τῷ χερσωνίτῃ πολίτῃ. Joannes Moſchus in Limon. cap.110. εἶπεν πάλιν, Αβάλαι, πόσα κλαύσωμεν καὶ μετανοήσωμεν, ἐφ' οἷς νῦν οὐ μετανοοῦμεν. Vide Notas eruditiſſimi Cotelerij ad hunc locum p.669. to.2. Monument. Eccl. Gr.

ἈΒΑΝΊΑ, *Calumnia*, *criminatio*, *delatio*, διαβολὴ, συκοφαντία. Vox à Græcis recentioribus ad nos traducta, quibus idem ſonat *Avanie*. Hinc Αβανιάρης, Αβανιστὴς, *Calumniator*, *Delator*, συκοφάντης: Αβανίζειν, *calumniari*, *criminari*, διαβάλλειν, συκοφαντεῖν, Αβανιστικὰ, *criminosè*, & Αβανιστικὸς, *calumnioſus*.

ἌΒΑΞ, *Abacus*, locus ita dictus in Theatris: Planities in podiis quæ ſedilis vicem præbet, Vitruvio lib.7. cap.4. Baſilius Seleucienſis de S.Thecla lib.1. p.96. ἀθρόον καταφέρεται τῶν θεάτρων παρὰ τοὺς ἄβακας· τόπος δὲ ἦν οὕτω καλούμενος Ἄβακες. Vide Suidam in hac voce.

ἈΒΑΝΠΑΡΛΙΈΡΗΣ, *Prælocutor*, *Advocatus*, ex Gallico *Avantparlier*, quæ vox crebrò occurrit in Aſſiſis Hieroſolymitanis Gallicis MSS. Eædem Aſſiſæ Græcæ MSS. cap.126. ἐὰν γένηται ὁ εἷς ἄνθρωπος ἐνκαλέβει ἕτερον ἄνθρωπον εἰς τὴν αὐλὴν, δίκεον ὁρίζει τὸ νὰ ἔχει προπετὸς κατὰ τὸ δίκεον, καὶ τὸ δύο μέρον, καὶ διὰ τοῦτο πρέπει νὰ ἔνι ὁ ἀβανπαρλιέρης, &c. Vide Gloſſ. med. Lat. in *Prælocutor*.

ἈΒΑΝΤΆΤΖΙΟΝ, *Lucrum*, *emolumentum*, ex Gallico *Avantage*. Aſſiſæ MSS. Regni Hieroſolymitani cap.13. καὶ νὰ ἔχει πολλὰ κέρδη λεγόμενα ἀβαντάτζια. Vide Gloſſ.med. Lat.in *Avantagium*.

ἈΒΑΠΤΙΣΜΌΣ, Inſtrumentum Chirurgicum, quod ita deſcribit Paulus Æginetа lib. 6. cap.91. εἰ δὲ ἰσχυρὸν εἴη τὸ ὀστοῦν, πρότερον τοῦτο περιτρυπήσαντες τοῖς ἀβαπτισμοῖς λεγομένοις, τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ ἔχοντα μικρὸν ἐσωτέρω τῆς ἀκμῆς ἐξοχὰς κωλυούσας τὰ πρὸς τὴν μήνιγγα βαπτίζεσθαι, &c. Infrà τρύπανον appellat: φυλαττομένων ἡμῶν ἅψασθαι τὸ τρύπανον τῆς μήνιγγος. Ubi ad marg. τοῦτο καλεῖ τρύπανον, ὅπερ ἄνωθεν εἶπεν ἀβαπτισμὸν. Ita MS. Cod. at editus habet τοῖς ἀβαπτισμοῖς. p.212. Inde noſtrorũ Trepanũ, *Trepan*, quo terebratur craniũ.

ἈΒΆΠΤΙΣΤΟΙ, Germano Patr. CP. in Theoria, dicuntur οἱ μὴ φωτισθέντες διὰ τοῦ λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος. παιδίον ἀβάπτιστον Chryſoſtomo Homil. 61. ἀβάπτιστα νήπια, in Quæſtionibus ad Antiochum. Vide Theophylactum in cap.14. Matthæi, & al.

ἈΒΑΡΟΙ, ἰχθυοφόροι, in Lexico MS. Cyrilli.

ἈΒΑΡΥ', apud Heſychium, & in Gloſſ. Græcobarb. ὀρίγανον.

ἈΒΒΑ͂Σ, *Pater*, Gloſſæ MSS. Αββᾶς, ὁ γέρων, ὁ πατήρ. Samonas Gazæ Archiepiſcopus in Dial. πατὴρ ἀββᾶ, εὐχαριστῶ σοι, ubi ſic Samonam compellat Saracenus. Ita etiam vulgò compellabantur Monachi omnes, præſertim ſenio venerandi. Sacra Conſtantini Imp. in VI. Synodo ante actionem 1. ἐκ δὲ τῶν Βυζαντίου μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. Theophanes an.38. Juſtiniani, de Joanne quodam Monacho: τὸν πώγωνα τοῦ ἀββᾶ σὺν τῷ δέρματι ἐκ τῆς σαρκὸς ἐξέδειραν. Idem an.31. Copronymi: Λεὼν ἀπὸ ἀββάδων, *Exmonachus*. In Leone Chazaro an.1. ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίστοις θρόνοις μητροπολίτας προεβάλετο. Ita anno 1. Juſtiniani jun. & 9. Rhinometi,

Continuator ejusdem Theophanis, lib. 4. n. 25. Leo Grammaticus in Basilio p. 473. 476. Anonymus Combefisianus in Leone Philosopho n. 5. Acta S. Maximi Confess. n. 46. 71. Vita S. Marci Atheniensis n. 1. 2. &c. Vita S. Mariæ Ægyptiacæ n. 14. 15. 17. &c. Epiphanius Hagiopolita de locis sanctis p. 55. 62. Anonymus de locis Hierosol. cap. 9. Apophthegmata Patrum, & alij passim. Vide Notas ad Alexiadem p. 256. & Gloss. med. Lat. in v. *Abbas*. Sed & Monachi ad dignitates Ecclesiasticas provecti Abbates indigitabantur. Joannes Moschus in Limon. n. 31. ὄντος μου ἐν Θεουπόλει πρὸς τὸν Ἀββᾶν Γρηγόριον τὸν Πατριάρχην.

Ἀββᾶς, Hegumenus, Præfectus Monasterij. Nov. 123. Justiniani cap. 34. κελεύομεν τοίνυν τὸν Ἀββᾶν, ἢ τὸν Ἀρχιμανδρίτην, τοὺς ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προβάλλεσθαι, &c. Ubi lib. 4. Basilic. tit. 1. §. 7. habet ἀβᾶν. Dorotheus Doctr. 11. ἐποίησέ με ἀββᾶς ξενοδόχον μετὰ γνώμην τῶν γερόντων.

Ἀββάδιον. diminut. quasi *Monachulus*. Stylianus ad Stephanum Pap. in Synodo VIII. Constantinopolit. ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον, γοητικόν τε καὶ μαγικὸν οἰκειώσατο. Ubi Interpres: *Abbatulum quendam obscurum præstigiatorem, insuper & magum sibi adjunxerat*. Georgius Cyprius Patr. Constantinopolit. Epist. 121. Εὐστάθιος τὸ ἀββάδιον ἑαυτὸν δι' αἰτίαν, ἣν αὐτὸς εἰδείη, τῆς ὑμετέρας ἀδελφότητος ἀποῤῥήξας, ἧκε πρὸς ἡμᾶς, &c.

Ἀββαδίσκιον. Acta S. Eliæ junioris p. 199. καὶ ἐπισυνάξαντες τὰ παιδαδίσκια αὐτῶν, καὶ τὰ ἀββαδίσκια αὐτῶν, χοροὺς περιέστησαν κύκλῳ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ.

Ἀββαδοπρεσβύτερος, *Monachus qui Presbyter est*. Nomocanon edit. à Cotelerio n. 44. ὁ δεχόμενος τὰς ἐξομολογήσεις, χρὴ ἵνα ἱερεὺς ἀπὸ βίου, ἢ ἀββαδοπρεσβύτερος.

Ψευδάββας, *falsus monachus*. Theophanes an. 21. Heraclij, & ex eo Saracenica Sylburgij: αὕτη οὖν ἡ γυνὴ, καὶ αἱ λοιπαὶ τοῖς λόγοις τοῦ ψευδάββα πειθεῖσαι, &c. idem Theophanes anno 22. Heraclij: αὕτη δὲ ἡ πρώτη δεξαμένη τὸν λόγον τοῦ ψευδάββα, &c. Utitur etiam pag. 319. Ducas Hist. cap. 21. ὁ δὲ ἀληθὴς ἀββᾶς πλανηθεὶς ὑπὸ τοῦ ψευδαββᾶ. Occurrit præterea apud Theophanem Cerameum Homil. 20.

Κλεπταββάδες, qui *Patres* ex monasteriis falsò sese indigitant: iidem qui ψευδαββάδες. Joannes Tzetzes Chil. 9. v. 330.

Ἐγὼ δὲ ἀστείως εἴρηκα τῶν μοναστῶν τοὺς νόμους,
Θύραν τῶν ζώντων, μᾶλλον δὲ σεμνῶς ἐν κοινοβίῳ,
Μὴ διὰ θύρας βαίνειν δὲ λέγω κλεπταββάδας,
Τοῦτο νῦν θέλω καὶ πρός σε πάλιν εἰπεῖν προσφόρως,
Εἰ λίτρας κλεπταββάσι, καὶ τζουρχοαγίοις, &c.

Ἀββατεία, *Abbatia*, Κοινόβιον.

ἈΒΓΟ'Ν, *ovum*, pro αὐγόν. Vide in hac voce. Roman. Nicephor. in Grammat. MS.

ἈΒΔΕ'ΛΑ. Agapius in Geoponico cap. 160. καῦσε ἀβδέλαις, νὰ γένουν σκόνιν.

Ἀ'ΒΔΙΟΥΜΑ͂Σ. Vide Σουβάρουβος.

ἈΒΔΟ'ΜΙΟΝ, *Abdomen*. Julius Africanus de Apparatu Bellico: ὁ δὲ μεσόσκιος ὀνομαζόμενος, ὁ μᾶλλον ἁπάντων γάρων ἐπαινοῦσι, τῶν καλουμένων ἀβδομίων.

Ἄ'ΒΕΙΝ, *Habere*, Hesychius, & Glossæ Græcobarb. ἄβεις, ἔχεις. Phavorinus Pamphyliorum esse vocem scribit. Glossæ Basilic. ἄβετ, ἔχει. Perperam Edit. ἄδετ.

Ἀβιτεύειν. Eædem Glossæ Basilic. Ράτουμ ἀβιτεύσει, δεκτὸν ἡγησάμενος.

ἈΒΕ'ΡΤΑ, Ἀ'βέρτης. Glossæ Lat. Gr. *Liba*, Ἀβέρτης. Glossæ Servij: *Averta*, Αβέρτης. Suidas: ἀορτὴν λέγουσιν οἱ πολλοὶ νῦν ἀβέρτην. Μακεδονικὸν δὲ καὶ τὸ σκεῦος καὶ τὸ ὄνομα. Hesychio verò ἀορτὴς, ξιφιστὴς ὑπὸ Μακεδόνων exponitur. At *Averta* aliud significat Latinis: est enim *Pera seu mantica ad vestes viatorias*, ut docemus in Gloss. med. Lat. Lib. 57. Basilic. tit. 17. ex L. 12. Cod. de cursu publ. ἐπεὶ καὶ τῶν ἵππων χρὴ φροντίζειν, ἑξήκοντα λίτρας ἐχέτω ἡ σέλλα καὶ ὁ χαλινός. ἡ δὲ ἀβέρτα, τουτέστι τὸ ὑπομάσχαλον, ὅπερ ἐπιφέρεται καὶ τῷ νώτῳ, (καλεῖται δὲ ἀβέρτα ἐκ τοῦ ἀπεστράφθαι) ἔστω δὲ καὶ αὐτὸ ἑξήκοντα λιτρῶν, εἰς δέ τις ὑπὲρ τοῦτο ποιήσει τὸ ὡρισμένον μέτρον, ἡ σέλλα αὐτοῦ κατακλασθήσεται, καὶ ἡ ἀβέρτα δημευθήσεται. Ubi Eclogæ habent βέρτα.

ἈΒΕΣΤΙΑ'ΡΙΟΣ. Vide in Βεστιάριος.

ἈΒΗ'ΝΝΑ, Ἀβίνα, *Habena*. Glossæ MSS. Reg. Cod. 2062. Ἀβίνα ἡ ἀβήνα, Ρωμαϊστί. Alio loco: σκυτάλη, ἐργαλεῖον σκυτοτομικὸν, καὶ ἡ ἀβίνα. Glossæ Cyrilli: λῶρος, *Havena*: pro *habena*. Idem, ἱμὰς, *habena*. Scholiast. Oppiani lib. 1. halieut. v. 183. σκυτάλαι, ἀβῖναι λεγόμεναι. Cedrenus p. 422. τὴν μητέρα αὐτοῦ Αναστασίαν τὴν Αὐγοῦσταν δι' ἀβηνῶν ἐμαστίγωσεν. Ubi Theophanes p. 306. habet δι' ἀβίνων. *Habenâ vel ferulâ cædi*, in l. 1. D. de S. C. Silan.

Ἀ'ΒΙ'Α, *Sterilis*, στεῖρος, ἄγονος.

Ἀ'ΒΙ'ΒΛΑΑΒΟΝ, Afris, *Lychnis Silvestris*, apud Interpol. Dioscor. cap. 521. *Lilium*, cap. 522. 543.

ἈΒΙ'ΓΕΟΙ, *Abigei*, de quibus in Gloss. med. Lat. Glossæ Basilic. Ἀβίγεοι, Ἀπελάται, ὁ ἐστι θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς ὑποσύραντες. Ubi hæc vox perperam scribitur semel præterea, ac iterum.

Ἄ'ΒΙΕΣ, *Abies*. Phavorinus in Lexico: ἄβιες, ἐλάτη, οἱ δὲ πεύκη. Ubi Hesychius, ἄβιν habet, ut & Glossæ Græcobarb. ἄβιν, ἐλάτην, πεύκην.

Ἄ'ΒΙΟΙ, *Monachi*, qui Theodoreto lib. 4. Hist. Eccl. cap. 28. dicuntur οἱ ἄβιοι, καὶ ἀνέστιοι, καὶ ἄσαρκοι, μικροῦ δὲ ἀναίμονες, καὶ Θεῷ κατὰ τοῦτο πλησιάζοντες. Joannes Geometra Tetrasticho 14. Parad.

εἶπε δέ τις, καὶ τὸ πρὶν ἀπώλεσας, ὁ φίλε, κῦδος,
Τερπνὸν ἐὸν, καὶ οὐδοὺς οὐκ ἐπέβης ἀβίων.

Et tetrasticho 88.

φῶρες ἐληίσαντο ἀβίου δόμον.

Nicetas in Isaacio lib. 1. n. 7. ὁ δὲ ὡς καρκῖνος τὴν πίνναν πολλάκις τοῦτον διύπνιζε, καὶ ὑπονύττων διανίστα, [πείθων μὴ πάντα τοῖς ἀβίοις τούτοις θαῤῥεῖν.

Ἀ'ΒΙΤΕΥ'ΕΙΝ. Vide in Ἄβειν.

ἈΒΙ'ΩΤΟΣ, *Cicuta*, apud Interpol. Dioscor. c. 661.

Ἀ'ΒΛΑ'ΚΙ, *Sulcus, Rivulus*, αὖλαξ.

Ἄ'ΒΛΑΡΟΙ, ξύλα, apud Hesychium, & in Gloss. Græcobarb.

Ἄ'ΒΛΑΦΤΟΣ, *Indemnis*, Ἀβλαβής.

Ἀ'ΒΛΕΨΙ'Α, *Inconsideratia*, *inadvertentia*. Gallis, *mégarde*. Glossæ MSS. ad Plutum Aristophanis: ἀμητά προσέπεμψαν ἐμόν τουτονί. τὴν λεγομένην ἰδιωτικῶς ἀβλεψίαν, εἶχε γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς χερσίν.

ἈΒΟ'ΛΛΑ, *Abolla*, Arrianus in Periplo maris Erythræi: καὶ ἱματίων ἀβόλλαι, καὶ γαυνάκαι ἁπλοῖ. Ibidem: καὶ κύπερος, καὶ ἀβόλλαι, καὶ λώδικες οὐ πολλαὶ ἁπλοῖ τε καὶ ἐντόπιοι.

Ἄ'ΒΟΛΟΣ, *Incommodus*, ἄχρηστος, ἀνωφελής. de notione hujus vocis apud Græcos, vide Salmasium ad Vopiscum p. 398.

ἈΒΟ'ΡΔΑΚΟΣ. Vide in Βορδακάς.

ἈΒΟΥΚΑ'ΤΟΣ, *Advocatus*, Alexius Rharturus doctr. 9. οὗτοι καυχῶνται καὶ λέγουσιν, ὅτι ἔχωσε τὸν Χριστὸν ἀβουκάτον εἰς τὸν πατέρα. Theodosius Zygomalas in Epist. ἔπαρ τὴν τσιμάντα σου, καὶ ἄμε στον ἀβουκάτον σου. Emmanuel Georgillas de Mortalitate Rhodi, MS.

Νὰ διώξουν καὶ τοὺς πειρασμοὺς πιτρόπων ἀβουκάτων.

Ἀ'ΒΟΥΛΗΤΙ'ΩΝ, *Abolitio*. Glossæ Basilic. Ἀβολιτίων, ἀπαλειφὴ κατηγορίας προσγινομένης. Palladius in vita Chrysostomi pag. 129. μετὰ γὰρ τὸ ἀναγνωσθῆναι

(λίβελλοι)

(λίβελλον) οὐκ ἔτι σοι ἔξεςιν ἐπισκόπῳ ὄντι ζητεῖν ἀβελλίονα.

ἈΒΟΥ'ΤΟΝΟΝ, idem quod Ἀβρότονον, apud Interpol. Dioscor. c.434.

ΑΒΡΙ', *Alga*, βρύον, φῦκος.

Α'ΒΡΙΟΝ, *cras*, Αὔριον, in Corona pretiosa.

ἈΒΣΤΙΝΑΤΕΎΕΙΝ, *Abstinere*. Glossæ Basilic. Ἀβςινατεύσῃ, τὸ ἀφιςῆναι. Ita leg. pro ἀςεναλεῦσαι. Justinianus Nov. 89. διὰ τοῦτο εἰς γνησίους ἀναβάντας οὐκ ἐφίεμεν ἀβςινατεύειν ἑαυτοὺς τῆς τῶν πατρώων κληρονομίας. occurrit prætereà apud Scholiast. Basilic. ad lib. 20. pag. 459.

ΑΓΑΕΙ'ΔΑΡΟΣ. Vide Αειδαρος.

ΑΓΑΘΟΣ δαίμων, Prophetis seu Chymicis, *Nepeta montana*, apud Interpol. Dioscorid. cap. 498. & Apuleium cap 94.

ΑΓΑΘΟΝ, *Sacra Eucharistia*. S. Basilius in Epist. ad Amphilochium c.4. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιτρέπειν συςήκειν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι. & Can.24. οὐκ ἀξιωθήσεται τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. Can.81. οὕτω δεκτοὶ ἔσονται τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ. S. Gregorius Nyssenus in Epist. ad Setrium: ἀλλὰ διὰ συνηθείαν ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀποκατάςασιν, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μέθεξιν.

ΑΓΑΘΟΣ hodie Græcis, is dicitur qui quondam ἁπλοῦς & ἄνους, atque adeò qui πρᾶος is ἀγαθος καὶ ἁπλοῦς, καὶ ἄνους. Ita Goarus ad Theophanem. Sic nos *bon-homme* dicimus, de eo qui simplicior est.

ΑΓΑΘΏΔΕΣ, *Sampsuchum*, apud Interpol. Dioscoridis cap.452.

ΑΓΑ'ΛΙΑ, *Sensim*, *Pedatim*, *pedetentim*, *pedepressim*, *gradatim*, *paulisper*, Ακροποδητὶ, ἐμβαδὸν, κατὰ πόδας, βάδην, &c. In corona pretiosa exponitur *Plane*, ἠρέμα. Anonymus de nuptiis Thesei & Æniliæ lib.5.

Κιαγάλια ἁρματώθηκε ὁ ἔμνοςος Πένθεος,

Idem lib.4.

Ὡς θέλει νὰ μηρολογᾶ, καὶ δυναλὰ, κιαγάλια.

Stephanus Sachlecus in versib. Politic. MSS. de pauperis mortui funere:

Αγάλια ἀγάλια ψάλλουσιν, καμπάνας δὲν τοῦ κροῦσιν.

ΑΓΑΛΗ, eâdem notione. Historia Apollonij Tyrij:

Επαρτὴν ςράταν τῆς θωρεῖς πορπάτει ἀγάλη, ἀγάλη,
Μηδὲν ἀλάξῃς παρ' αὐτὴν, καὶ κεῖσε θέλει βάλη.

ΑΓΑΛΜΑΤΟΦΟΡΟΣ, Νικηφόρος, in Lexico MS. Cyrilli.

ΑΓΑΜΦΗΛΗΝ, *Saliva*. Georgius de partibus corporis humani, MS.

Τὴν σιαλὸν, ἀγάμφηλην καὶ παρειὰν, & γνάθον.

ΑΓΑΝΑΚΤΕΙ'Ν, *Ægrotare*, apud Syropulum in Historia Concilij Florent. sect. 6. cap. 13. Idem sect. 7. cap. 12. ἐπεὶ ἐκεῖνος εἰς ἕτερον ἔκειτο κελλίον, ὡς ἀγανακτῶν. cap. 14. καὶ ἐζήτησαν ἰδεῖν τὸν Πατριάρχην· ὁ δὲ ὡς ἀγανακτῶν, παρεῖσδυσιν οὐκ ἔδωκεν αὐτοῖς. adde sect.8. cap. 13.14 sect. 11. cap 3.

ΑΓΑ'ΠΗ, Convivium fidelium, in Ecclesiis olim in præcipuis solemnitatibus fieri solitum. S. Ignatius Epist. ad Smyrnæos n.8. οὐκ ἐξόν ἐςιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν. Concil. Laodicenũ Can. 27. οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς καλουμένους εἰς ἀγάπην μέρη αἴρειν, διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προςτρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαςικῇ, & Can.28. οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, &c. Concilium Gangrense Can 11. εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίςεως ἀγάπας ποιούντων, &c.

Ἀγάπη, *Extraordinaria refectio*, in Monasteriis: Latinis infimæ ætatis scriptoribus, *caritas*, de qua voce egimus in Gloss. med. Lat. Typicum S. Sabæ cap.14. χρὴ γινώσκειν ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ νηςείᾳ τῆς αὐτῆς τεσσαρακοςῆς (ante Christi Nativitatem) φυλάσσομεν ἐν ἑκάςῃ ἑβδομάδι τὰς τρεῖς ἡμέρας, δευτέραν, τετράδα, καὶ παρασκευὴν, τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον, εἰ μήπου τύχῃ μεγάλου ἁγίου μνήμη, τότε γὰρ καταλύομεν, καὶ ποιοῦμεν ἀγάπην διὰ τὸν ἅγιον.

Ἀγάπη, *osculum*, quod *pacis* vocant: & quo in sacra Liturgia sese invicem donabant fideles. In Liturgia Basilij, ubi editio præfert, καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμὸν, λέγει ὁ διάκονος, τὰς θύρας, Codex Barberinus habet, καὶ μετὰ τὸ δοθῆναι τὴν ἀγάπην, λέγει, &c. ut monet Goarus in Euchologio p.177. Item quodvis osculum fidelium, Vita S. Mariæ Ægyptiacæ c 35. καὶ τούτου γινομένου, καὶ τῆς εὐχῆς πέρας λαβούσης, κατὰ τὸ σύνηθες δέδωκεν τὴν ἀγάπην τῷ γέροντι εἰς τὸ ςόμα. Euchologium de Ordinatione Diaconi pag. 254. καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὠράριον, καὶ διδοὺς αὐτῷ ἀγάπην, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον, ubi pag. 251. εἶτα ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ Αρχιερεὺς τὸ ἅγιον ῥιπίδιον, λέγων ὁμοίως, Αξιος, καὶ ἀσπάζεται αὐτόν. rursum pag.284. καὶ δίδει αὐτῷ τὴν ἐν Χριςῷ ἀγάπην, adde p. 295. Symeon Thessalonicensis lib. de Sacrament. ubi de ordinatione Presbyteri: εἶτα τὴν ἀρχιερατικὴν δεξιὰν, ὡς δι' αὐτῆς χειροτονηθεὶς, καὶ ἔτι τὴν παρειὰν, διὰ τὴν θείαν ἀγάπην καὶ τὴν εἰρήνην, &c.

Ἀγάπη, titulus Compellatorius. Innocentius in Epist. ad Clerum Constantinopolit. ἀλλὰ γὰρ αὐτὴν τὴν ἀναγκαίαν παράκλησιν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιςολῆς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης κειμένην ἐγκωμιάζοντες ὑμῶν τὴν πρόθεσιν ἐδυνάμεν. S. Chrysostom. Homil. 1. de providentia: τοσαύτην ἡμῖν κατάχει τὴν ἰσχὺν, ὅσην ὁ δαίμων οὗτος τῇ ἀγάπῃ τῇ σῇ. S. Basilius in Epistol. ad Gregor. Theolog. ὥςε μὴ δυνηθῆναι διαβῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, Adde Theodoret. lib.5. hist. Eccl. cap.9 & quæ adnotamus in Gloss. med. Lat. in VV. *agapa*, & *caritas*.

Ἀγάπη, *Pax*, *fœdus* apud Nicetam in Alexio lib. 3. n.6. παρεβάθησαν αἱ σπονδαὶ, in cod. Gr. barb. ἀγάπαι. Rursum: τελεσθείσης τῆς εἰρήνης. idem Codex habet τῆς ἀγάπης.

Ἀγάπη, *Eleemosyna*. Joannes Moschus in Limon. cap.193. ἠθέλησεν ἐλεῆσαι αὐτὸν, καὶ δοῦναι μικρὰν ἀγάπην εἰς ἀποςροφήν.

Ἀγάπην ποίησον, formula frequens in Monasteriis. *Fac mihi charitatem*, Galli dicerent, *obligez moy*, *faites moy la charité*, *faites moy la grace*, &c. Idem Moschus cap.19. ἐδίψησα ἐκ τοῦ πολλοῦ καύσωνος, ἀλλὰ ποίησόν μοι ἀγάπην, δός μοι ὀλίγον ὕδωρ: cap. 105. ἐν μιᾷ οὖν βάλλω αὐτῷ τὴν μετάνοιαν, λέγων, Ποίησον ἀγάπην, Αββᾶ; εἰπέ μοι τὴν ἐκ νεότητός σου ἐργασίαν. adde cap.116. 123.134. 166. &c.

Ἀγάπη, Theophilus Antecessor lib. 3. tit. 1. §.6. ὅθεν ἀκόλουθόν ἐςι λέγειν οὐκ *in capita*, ἀλλ' *in stirpem* διαιρεῖσθαι τὴν τοῦ τελευτήσαντος περιουσίαν. Ubi Scholiastes, *in stirpem*, κατὰ σειρὰν, exponit: *in capita* verò ἐν ἀγάπῃ, ἤγουν ἐξ ἰσότητος. Ita rursum §.ult.

ΑΓΑΠΗΣΙΑ'ΡΗΣ, *Amasius*, *Amator*, ἐρώμενος, ἐραςής. Αγαπησιαριὰ, *Amatrix*, ἐραςρία. Αγαπητερὸς, *Amabilis*, *placidus*, ἐρωτικὸς, ἐράσμιος. Αγαπητικὰ, *Favorabiliter*, φιλικῶς.

Αγαπητικὴ, *Scortum*, *pellex*, *Amasia*, *concubina*, μαχλὰς, ἐρωμένη. Assisæ MSS. Regni Hierosolymitani cap. 192. καὶ ἂν οὐκ εἶχεν κανένα γνήσιον τέκνον, ἀμὴ εἶχεν τέκνα ἐκ τῆς ἀγαπητικῆς του, &c.

ΑΓΑΠΗΤΟΣ, Scribit Nicolaus Alemannus in Not. ad Procopij Anecdota, Christianos, ἀγαπητοὺς nominare consuevisse, quos sibi in fratres & amicos peculiares adsciscebant: ac Felicem Pap. IV. cùm adhuc Laïcus freternam fidem Justiniano jurasset, exinde Ιουςινιανοῦ ἀγαπητὸν appellari in Romanorum Pontificum Serie Græcè conscripta.

Ἀγαπητοὶ dicti præterea *mulierum devotarum asseclæ, & cohabitatores*: quæ & ipsæ Ἀγαπηταὶ dicuntur apud Epiphanium Hæresi 78. Justinianus in Nov. 6. cap. 6. βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ ἀγομένας διακόνους, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας, μήτινας συνόντας ἔχειν, ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων Ἀγαπητῶν, (τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι πάσης πονηρᾶς ὑπόψεως τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον) ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν, ἢ γονεῦσι μόνοις καὶ παισὶ, &c. adde Joannem Antiochenum in Nomocanone tit. 25. & Photium in Nomocan. tit. 8. cap. 14. & quæ annotamus in Gloss. med. Lat. in *Agapeta*.

ΑΓΑΡΙΖΕΙΝ, *Rudere*, vocem asini edere. Fabulæ Æsopi Græcobarb. ἀλλὰ ἐγὼ φοβηθῆ σὲ ἤθελα ἂν δὲν ἤθελα σὲ ἀκούειν νὰ ἀγαρίζῃς. Ubi Gr. ἀλλ' εὖ ἴσθι ὡς καὶ ἐγὼ ἄν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ὀγκώμενον ἤκουσα.

ΑΓΑΡΙΟΝ. Assisæ MSS. Regni Hierosolymitani cap. 223. ἔλαχεν κακὸν ῥίζικον, περιέστη τὸ ἀγάριον, ἢ (*vel*) ἀσθένισεν.

ΑΓΑΡΟΣ, Vide in Ἄγυρος.

ΑΓΑΣ, in Glossis Græcobarb. ἡ πλῶσις τοῦ ἀσραγάλου, τὸ πέσιμον, ἢ τὸ εὔγαρμα τοῦ κοκκίου.

ΑΓΑΣΟΠΕΡΤΑΙ, in Glossis Græcobarb. οἱ τοὺς τελώνας μηνύοντες τὰ τέλη, ὑπὸ κάμνουσιν νῶσιν τοὺς τελώνας, ἤτοι μαρτζάδες.

ΑΓΑΣΤΕΡΑ. Vide Γαςέρα.

ΑΓΑΣΥΛΛΟΥ, *Ammoniacum*, apud interpolat. Dioscoridis cap. 504.

ΑΓΑΦΤΙΚΟΣ, *Amatorius*, Ἐρωτικός.

ΑΓΓΑΘΑ, *Stuppa*. Glossæ Lat. Græc. *stuppa*, Κάνναβις, στύβης, ἀγγάθα. In MS. στύβη. vox ἀγγάτα abest. Anonymus de Nuptiis Thesei lib. 3.

Ἀπελαγκάθια διάλεγε ῥόδα καὶ ἄλλα ἄνθη.

Idem lib. 3.

Ῥόδον ὀντανακόπτουσι ἀγγάθη ἀπὸ τὴν ῥίζαν.

ΑΓΓΑΛΙΑΖΕΙΝ, *Complecti*, ἀγκαλίζεσθαι, περιπλέκεσθαι, περιλαμβάνειν.

ΑΓΓΑΡΕΙΑ, Græcis IC. dicitur ἡ πάροδος διὰ τῆς δημοσίας ὁδοῦ ἢ ἡ δρόμον ἔχουσα. Παραγγαρεία verò ἡ πάροδος διὰ τῆς πλατείας ὁδοῦ.

Ἀγγαρεύεσθαι & παραγγαρεύεσθαι, *Angariis & Parangariis onerari*, in Basil.

Ἀγγαροντάδες, *Angarij*, qui *Pedelli*, *compulsores injusti & exactores* dicuntur Ugutioni & Joanni de Janua, Glossæ Græcobarb. ἀγγαρεύεται, ἐγγυᾶται, ὑπὸ τῶν ἀγγαρευτῶν καλεῖται, ἀπὸ τοὺς ἀγγαροντάδες κρατεῖται. Alibi: οἱ δοῦλοι τῆς αὐλῆς περισκοποῦντες πολλὰ τοὺς φορολόγους ἦσαν ἀγκαροντάδες. Vide Gloss. med. Lat. in Angariæ.

ΑΓΓΕΛΙΑΙ, *Nuntiationes novi operis*. In Basil. lib. 58.

ΑΓΓΕΛΙΚΟΣ βίος, *vita Monastica*. Quippe, ut est in vita S. Nili junioris p. 127. μοναχὸς ἐστὶν ἄγγελος, τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἐστὶν ἔλεος, εἰρήνη, θυσία αἰνέσεως. ὥσπερ γὰρ οἱ ἄγγελοι τῷ μετὰ Θεῷ ἀδιαλείπτως θυσίαν αἰνέσεως προσφέρουσιν, ἐν ἀλλήλοις δὲ εἰρήνην ἀγαπητικῶς κέκτηνται, ἐλεοῦσι δὲ καὶ ἀντιλαμβάνονται τῶν ἀνθρώπων, ὡς μικροτέρων ἀδελφῶν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἀληθῆ μοναχὸν ἔλεος μετὰ ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τοὺς ἐλαχιστοτέρους καὶ ξένους τῶν ἀδελφῶν, ἀγαπᾶν δὲ ἐν εἰρήνῃ τοὺς ἰσοτίμους, τοῖς δὲ προκόπτουσι μὴ φθονεῖν, &c. Infrà: ἀφ' οὗ γάρ τις μονάσῃ, οὐκέτι διαμένει ἐστὶν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐκ τῶν δύο ἕν, ἢ ἄγγελος, ἢ δαίμων φανήσεται: Theodorus Studita in Epist. ad Gregorium filium: καὶ οὕπω λέγω ὅτι οἱ πάντες οἱ ἔξοχοι τῶν θεοφόρων πατέρων καὶ μοναχοὶ γεγόνασι, καὶ τὸν μοναχικὸν βίον εἰς ἀγγελικὴν ἐνθεάζουσι. Hinc Monachorum ἀγγελικὴ πολιτεία appellatur apud Isidorum Pelusiotam lib. 1. Epist. 92. Joann. Moschum in Limon. cap. 168. &c. ἀγγέλων πολιτεία, apud Theodoritum lib. 4. Hist. Eccl. cap. 21. ἰσάγγελος πολιτεία, in vita MS. S. Theodori Syceotæ, in Vita S. Germani Hegumeni n. 5. in Vita S. Theophanis Confessor. n. 14. & in Martyrio SS. xx. Patrum Sabaïtarum n. 74. ἀγγελικὴ κατάστασις, in Novella Justiniani 133. c. 6. ἰσάγγελος βίος, apud S. Cyrillum in Catech. 4. ἀσκητικὴ εἴτ' οὖν ἀγγελικὴ ἀγωγή τε καὶ πολιτεία, apud Eugenium Nomophylacem in Synodico recitari solito in Dominica Orthodoxiæ: ἀσώματος ἀγωγὴ καὶ πολιτεία, apud Sozomenum lib. 3. cap. 14. τῶν ἀσωμάτων βίος ἐν σώμασι, apud eundem Theodoritum lib. 3. cap. 24. τὸ ἀγγελικὸν ἐπάγγελμα τῆς μοναδικῆς πολιτείας, In Menologio Basilij 6. Maij in S. Pachomio, quia etiam præscriptum aiunt ab Angelo, ut est in Actis ejusdem S. Pachomij n. 15. & apud Constantinum Acropolitam de S. Joanne Damasceno n. 46. Ammon Episcopus de Vita ejusdem SS. Pachomij Theodori n. 5. οἴδατε, ἀδελφοὶ, ὅτι τῶν μοναζόντων καὶ ἀσπαρθένων ὁ βίος ὑπερβαίνων τὴν τῶν ἀνθρώπων πολιτείαν τυγχάνει, &c. Vide præterea S. Basilium Epist. 1. 42. Gregorium Nazianzenum Jambo 18. Eustathium in Vita S. Eutychij Patr. Constantinopolit. n. 4 Menologium Basilij 14. Martij, 6. Maij, Goarum ad Euchologium, p. 472. & quæ adnotamus ad Alexiadem p. 263. & in Gloss. med. Latin. in Ver. *Angelus*.

Ἀγγελικὴ ἐσθὴς, *Vestis Monachica*, Symeon Thessalon. de Pœnitentia: ἐν ταύτῃ δὲ τῇ μετανοίᾳ καὶ τὸ ἱερώτατον περιλαμβάνεται σχῆμα τῶν μοναχῶν, ὃ δὴ καὶ ἀγγελικὸν ἐστὶ καὶ καλεῖται, ὡς τὴν ἐκείνων μιμούμενον καὶ ἐπαγγελόμενον ἁγνείαν, ἀκτησίαν, ὕμνους, προσευχὰς, ὑπακοήν τε καὶ καθαρότητα.

Ἀγγελικὸν ἔνδυμα, apud Gregorium in Vita S. Basilij jun. n. 30. τὸ τῶν μοναχῶν ἀγγελοπρεπὲς ἔνδυμα, in Vita Bacchi junioris Mart. σχῆμα τὸ ἀγγελικὸν, apud S. Ephræmium in Vita S. Abramij n. 37. In Martyrio S. Niconis n. 14. In Vita S. Nili junior. p. 112. in Vita S. Nicolai Studitæ p. 944. apud Gregorium Protosyncellum Hieromon. In Responsione in professionem fidei Marci Ephesij. ἀγγελικὴ ἀκολουθία, in Vita S. Nili junioris p. 96. Vide in Σχῆμα.

ΑΓΓΕΛΙΚΟΙ, Hæretici sic dicti, inquit S. Augustinus, quòd *in Angelorum cultum inclinarent*, vel ut Epiphanius hæresi 60. quia mundum ab Angelis creatum esse dicebant, ὑπὸ ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι. Vide Zonaram & Balsamonem ad Can. 35. Concilij Laodiceni, & alios.

ΑΓΓΕΛΙΤΑΙ, Hæretici, qui dicunt alium quidem esse patrem, alium filium, aliumque Spiritum sanctum, &c. sic appellati ex loco ita dicto Alexandriæ, ut ait Timotheus Presb. Vide Nicephor. Callist. lib. 18. cap. 49.

ΑΓΓΙΔΕΣ, *Vascula*, Ἀγγεῖα. Agapius in Geoponico cap. 174. ἤτις ἐστὶ χόρτον γεμάτο ἀγγίδες λεπταῖς, &c. adde cap. 190.

ΑΓΓΙΖΕΙΝ, *Tangere*, ψηλαφᾶν.

ΑΓΓΙΛΟΝΑ, *Aculeus*, Gall. *Aiguillon*. Agapius in Geoponico cap. 154. ἔπαρε ἀγριαγκύρα, ἀπὸ ἐκεῖνα τὰ μικρὰ ὅπου εἶναι ὡσὰν βελάνια, καὶ ἔχουν ἀγγιλόνας.

Ἀγγελώνειν, *Acuere*. Corona pretiosa: Νὰ ἀγγελώνῃ, *Pungere*, Κεντεῖν.

Ἀγγελωτὸς, *Acutus*. Demetrius Zenus in Batrachomachia:

Καὶ κοῦρλα τὰ ἀγγελωτὰ εἴχασι γιακοντάρια.

Anonymus de Nuptiis Thesei lib. 1.

Φοβοῦντας τὰς ἀγγελωτὰς τῶν γυναικῶν σαΐτας.

& lib. 5.

Ταρκάσια πλουσιοκάμωτα ἦτον ὁ νέος ζωσμένος.

Ε'μορφα ϰ ἐγέμασι ἀγϛελοϛῶς σαΐταις.

ΑΓΓΙΝΑΡΙΑ', *Acorna*, Α'κορνα, herba spinosa, de qua Theophrastus,& ex eo, & aliis, Ruellius. Apud Portium, ἀϛκυναειὰ, *Carduus*, σκόλυμος, exponitur. Apud Agapium in Geoponico, cap.112. inscribitur, διὰ ταῖς ἀγϛινάραις.

ΑΓΓΙ'Σ, *Cuspis*, *acies*, ἀκίς. Glossæ Oppiani: Γλωχῖνας, Αγγίδας.

Α'ΓΓΙ'ΣΤΡΙ, *Hamus*, Α'γϛιϛρον, in Corona pretiosa.

ΑΓΓΟΥΡΙ'ΔΑ, Αγκϑρίδα, *Omphacium*, ὀμφάκιον; Corona pretiosa: Αϛκϑρίδα, *Uva acerba*, Ο'μφαξ. Vide Agapium Cretensem in Geoponico cap. 63. 170.

ΑΓΓΟΥ'ΡΙΟΝ, Αγκϑ́ειον,*Cucumer*.Glossæ MSS. Σικύα, τα ἀγϛϑ́εια. Lexicon MS. Reg. Cod. 2062. Σικύα, τα ἀϛκϑ́εια, ϰ σικυήλατον. Glossæ Jatricæ MSS.ex Cod.1673.ἀγριοσύκιον, ἄγριον ἀγϛϑ́ειν. σύκιον ϭ τὸ ἀγγϑ́ειν καλεῖται. Psellus περὶ βρωμάτων, MS. Ex Cod.Reg.1177. ἀϛκϑ́εια τα λεγόμενα σίδ ψυχρὰ ϰ ὑγρα. habetur hæc vox passim, ut apud Achmetem cap. 243. Aëtium, à quo primò usum censet Ruellius, Simeonem Sethi de Alimentis: Agapium Cretensem in Geoponico cap.59. 111. 115. 123. &c. Vide Francisc. Richardum de Insula S. Irenes pag 37. & Salmasium ad Plin. Occurrit apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili filio p. 466. nescio quis Michaël Πραιπόσιτος ἀγϛϑ́ρης, quem Αγϛϑ́ρίω vocat Nicetas Paphlago in Vita S.Ignatij Patr. Constant. Τετράγϛϑρον, eâdem notione. Suidas, σικύα, τα τετράγϛϑρα. Moschopulus: σικύα, οἱ νῦν ἰδίως πέπονες καὶ τα κοινῶς τετράγϛϑρα. Constantinus Porphyrog. de Adm. Imp. de quodam Castro: Τετράγϛϑ́ειν ϭ καλεῖται, διὰ τὸ εἶναι αὐτό μικρὸν δίκην ἀγϛϑ́ρίϑ. Simeon Sethi de Alimentis: τα λεγόμενα τετράγϛϑρα ψυχρὰ εἰσιν, &c. aliud tamen est ἀγϛϑ́ριον, aliud τετράγϛϑρον, apud Achmetem loco citato: εἰ ϭ ἀγϛϑ́ρια, εὑρήσῃ πλοῦτον ἄπιϛον· εἰ ϭ τετράγϛϑρα, μείζων ἡ κρίσις ϗ πιϛοτέρα.

Α'γϛϑρωτὸν, Gestamen capitis Bardariotarum, quod cucumeris speciem referret. Codinus de offic. aulæ Constantinopolit. cap. 5. n.53. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς Περσικὸν φόρεμα, Αγϛϑρωτὸν ὀνομαζόμενον.

Αγριάγκϑρον, *Agrestis cucumer*, apud Agapium in Geoponico cap.153.

Αγριαϛκϑρέα, in Orneosophio cap.42. ἀγριαϛκϑρέας ῥίζαν μετὰ ὄξϑς. Alibi: ἡ ἀγριαγκϑρέας ῥίζαν πελεκίσας, ποίησον ὥσπερ ὑποθέτον. adde pag. 212. Glossæ Jatricæ MSS. ex Cod. Reg. 190. Αγριαϛκϑρέα, ἐλατήριον. Vide Ruellium lib.3. cap.140.

Α'ΓΓΟΥΡΟΣ, *Placenta ex melle*. Glossæ MSS. Reg. Cod. 2062. Α'γϛϑρος, τὸ μελίπηκτον. Hesychio, εἶδος πλακϑ́ντος. Michaël Psellus de Grammatica,MS.

Α'γϛϑρος, τὸ μελίπηκτον, Αἰδαίνειν, μεμηνέναι.

Α'ΓΓΥΛΑΣ, *Aquila*. Demetrius Constantinopolit. lib. 1. Hieracosophij cap. 3. κεφαλὴν μικρὰν ὁμαλὴν ἐπάνω, ὡς ὁ ἀγϛύλας καλϑ́μενος ἀετὸς, γλῶσσαν μέλαιναν.

Α'ΓΓΥΡΑ, Joan. Cananus de Bello Constantinopolit. ἕτεροι δὲ σκαλάρια ϛερεὰ ϰ μεγάλα, ϗ τα πάντα μετὰ σιδήρων, καὶ πλοκάδας δὲ ἄλλοι, ϰ παβέζια δὲ ἄλλοι, ἄλλοι δὲ ἀγϛύρας σιδηρέας, ϰ ἄλλο πολεμικὸν ἔργον ἔφερον ἀνὰ χεῖρας. Infrà: οἱ δὲ καὶ μὲ τας ἀγγύρας, ϰ τας φάλκας ἐκείνας. *Uncos* & *anchoras* vertit Allatius.

Α'ΓΓΩΝΕΣ, *Angones*. Suidas: ἄγϛωνες ἐπιχώρια δόρατα, παρὰ Φράγγοις. Eustathius ad Odyss. T. ἄγγων, εἶδος δόρατος φραγκικϑ̃, ὅτε λίαν μικρϑ̃ φασιν, ὅτε μεγάλϑ, ϑ̓ τὸ πλεῖϛον σιδήρῳ περιέχεται, ϑ̓ παρὰ τῷ Λυκόφρονι σίγυμνον, ἐκεῖνο γδ ὁλοσίδηρον. Etymolog. ἄγϛωνες, δοράτια ϑ̓ λίαν σμικρὰ, ἀλλ' ϑ̓δὲ μεγάλα, ἀλλ' ὅσον ἀκοντίζεσθαι, εἴπϑ δέησοι. Quæ desumpsit ab Agathia, à quo ἄγϛωνες ita describuntur lib.1. Pachymeres lib.12. cap.30. αὐτοὶ δὲ μετὰ πελλῶν ϰ παλτῶν ἐπιχωρίων δοράτων, ἃ δὴ τὸ παλαιὸν Α'γϛωνες ἐκαλοῦντο. Vide Gloss. med. Lat.in *Angones*.

Αγϛινάρη, Anonymus de Nuptiis Thesei lib.6.

Στὸ ἕνα χέρη βάϛαζε σαΐτα μετ' ἀγϛινάρη,
Κείς τότερον τα ῥόγκενα βάϛα μὲ τὸ δοξάρη.

Menesius lrgit Αγϛωνάρη, at editus præfert ἀγϛινάρη, tametsi idem fortè sit quod ἀγϛωνάρη.

Α'ΓΔΑΡΤΟΣ, pro ἄδαρτος, Glossæ Græcobarb. ϑ̓ δεδαρμένον, ἄδαρτον, ἄγδαρτον.

Α'ΓΕΛΑ'ΔΑ, *Vacca*, *juvenca*. Corona pretiosa: ἀγελάδα, *juvenca*, δάμαλις. Α'γελάδα ἐγκαϛρωμένη, *Forda*, *Horda*, βϑ̃ς ἐγκύμων. Nicolaus Lucanus in Iliade Græcobarb. lib.5.

Καὶ ὥσπερ λέων εἰς τὴν μάνδραν τῶν βοῶν ποτ' ἐξορμήσῃ,
Καὶ λαιμὸν τινος σωπρίψει, ἀγελάδας, ἢ τὸν μόσχϑ.

Nomocanon Coteleriani n. 70. εἴ τις ἱερεὺς φάγῃ γαλα ἀπὸ ἀγελάδι, Occurrit rursum n. 274. & apud Agapium Cretensem in Geoponico cap.75.157.&c.

Αγελαδάκι, *Bucula*, βοΐδιον.

ΑΓΕΛΑ'ΡΙΟΣ, Α'ΓΕΛΛΑ'ΡΙΟΣ, *Dux gregis*, *Armentarius*. Cyrillus in Lexico: ἀγελάριοι, διὰ τὸ ἄγειν παρά τινος τα ζῶα, ἢ τα κτήνη. Leges Georgicæ tit.3. §.1. ἐαν ὁ ἀγελλάριος βϑ̃ν παραλαβὼν ἀπολέσῃ, &c. Ita passim hoc capite.

ΑΓΕΛΙΑΖΕΙΝ, *Simul instar gregis coire*. Canon pœnitentialis Joannis Chrysostomi nomen præferens MS. ἐαν τις ἀργολογῶν ϰ ἀγελιάζων, ἐπιτιμάσθω ἡμέρας ιβ. μετανοίας ϑ̓ ξηροφαγῶν.

ΑΓΕΝΤΕΣΗΡΙ'ΒΟΥΣ, *Agens in rebus*, apud S. Athanasium in Apol. ad Constantium p. 679. de hoc officio diximus in Gloss. Med. Lat.

Α'ΓΕΣΤΑ, *Aggestus*, *Agger*: quomodo *Arena aggestum* dixit Epitome Victoris in Caligula. Procopius lib. 2. de Bello Persico cap. 26. οἱ δὲ Ρωμαῖοι ξυνέθεσαν τὴν λεγομένην ἀγέϛαν, τῇ Ρωμαίων φωνῇ. δενδροτομήσαντες γδ ἐπάλληλα ξύλα τῇ σωθήκῃ καταϛορέσαντες, ἀπείρξαν ὡς ἐνῆν τὴν εὐθεῖαν πορείαν τῆς πόλεως. Eadem verba adducuntur apud Suidam in Α'κεσα,ubi ait esse Ρωμαϊκὸν τι μηχάνημα ἐκ δενδροτομίας πρὸς ἐρυμνότητα μετασκευαζόμενον. Menesius ἀκέϛα emendat. Verùm Α'κεσα etiam legitur in Lexico MS. Reg. in quo eadem verba habentur, uti monuimus in Gloss. med. Lat. *In Aggestus*. At idem Suidas alibi ἀγέϛα Legit: Α'γεϛα, inquit, πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων ϰ ξύλων ϗ χϑ̃ ἐγειρόμενον. Τϑ̃το δὲ οἱ ἐργαζόμενοι προκάλυμμα τιθέασιν ἐξ αἰγείων τριχῶν τῶν καλϑμένων Κιλικίων. Evagrius,lib.4.cap.27. ex Procopio: ἄϛικρϑ τὸ χῶματος, ὅπερ ἄγεϛα πρὸς Ρωμαίων κέκληται. Paulo antè ejusmodi *aggestus* hisce verbis describit: ἔτω τε κατὰ σμικρὸν ἐποικοδομῶν τοῖς ξύλοις τε ϰ τῷ χώματι, ϰ τῇ πόλει προσιὼν, τοσϑ̃τον εἰς ὕψος ἦρε, ϰ τὸ τεῖχος ὑπερήλατο, &c. rursum λαγωνίδας μικρὰς ἀγαγόντες τε θεῖα ἅμα συμπίπϑ, ϰ τῶν ἄλλων εὐκαταφλέκτων ὑλῶν κατὰ τῆς καλϑμένης ἀγέϛας ἀπεσφενδόνησεν.

Α'ΓΖΕΣΤΟΣ, *Incoctus*. Glossæ Græcobarb. Ανόζεϛα, τα μὴ ἐζεσμένα, ἄγζεϛα, ἢ ἄβρασα.

Α'ΓΙΑ. Vide in Δῶρον.

Α'ΓΙΑ'ΔΕΣ, *Pedites oriundi ex Asia*, Laonicus lib.7. ἕτεροι ἄλλοι δ' ἂν οἱ Ασιανοὶ, Αϛιάδες καλϑ́μενοι, πεζός τε ὅμιλος, ἐπὶ τε τας χεῖρας τὸ ϛρατὸ χωρϑ́μενος διαλελεῖ. Eodem lib. p.176. ubi edit. Reg. præfert, ἡ τὸ Ασιας ϛρατηγὸν, alia habet Αγίας.

Α'ΓΙΑ'ΖΟΥΣΑ, in Glossis jatricis MSS. Neophyti monachi, ἡ λευκὴ ῥητίνη. *Alba resina*.

ΑΓΙ'ΑΣΜΑ, Suidæ, ὁ θεῖος ναὸς, ex Davidis Psalmo 114. 2. ἐγενήθη Ιϑδαία ἁγίασμα αὐτϑ̃. Ita pro templo

templo non semel usurpant 70. Interpretes. Pro ipsa verò templi sanctiori parte, seu Bemate, in quo sacrificium peragitur, Eusebius lib. 7. Hist. Eccl. cap. 15.

ΑΓΙΑΣΜΑ, *Sacramentum Ecclesiæ quodvis.* Ἁγίασμα τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος, *Sacramentum corporis & sanguinis Dominici*, in Cod. Canonum Eccl. Afric. c. 37. Et Can. 57. καὶ ἐν αὐτῇ τῷ Χριστῷ πιστεύσαντες, τῆς τριάδος ἁγιάσματα ὑπεδέξαντο, *Trinitatis Sacramenta perceperint.* Infrà: διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν, ἣ, ὡς εἴρηται, περιστερὰν καὶ μόνην μητέρα τῶν Χριστιανῶν, ἐν ᾗ πάντα τὰ ἁγιάσματα σωτηριωδῶς αἰώνια καὶ ζωτικὰ παραλαμβάνονται. Adde Can. 72. sed præsertim

Πρωτεξάδελφος igitur est qui Græcis ἐξανέψιος dicitur, *Patruelis filius.* Harmenopulus lib.4. tit.6. §.12. καὶ πάλιν ἀριθμοῦνται οἱ βαθμοὶ οὕτως· ὁ υἱὸς, ἢ ἡ θυγάτηρ πρὸς τὸν πατέρα, ἢ τὴν μητέρα, πρώτου ἐστὶ βαθμοῦ. ὁ γὰρ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ βαθμὸν οὐκ εἰσάγουσιν, ἀλλ' ὡς ἓν εἰσι πρόσωπον. ὁ ἔγγονος ἢ ἡ ἐγγόνη πρὸς τὸν πάππον, ἢ τὴν μάμμην, δευτέρου· ὁ δισέγγονος, ἢ ἡ δισέγγονη πρὸς τὸν πρόπαππον ἢ τὴν προμάμμην τρίτου καὶ καθεξῆς οὕτως· οἱ αὐτάδελφοι ὡσαύτως καὶ ἐὰν ὦσι, δευτέρου βαθμοῦ εἰσὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ πρωτεξάδελφοι τετάρτου· οἱ δισεξάδελφοι ἕκτου, οἱ τρισεξάδελφοι ὀγδόου, οὓς καὶ συναπτέον εἰς γάμον ἀκολύτως. Vox πρωτεξάδελφος occurrit passim apud I C. præterea apud Georgium Acropolitam in Chron. cap. 73. 23. ut δευτεράδελφος cap. 50. Extr.

ἘΞΑΕΡΟΝ, *Locus subdivus, Atrium.* Theophanes an. 10. Constantini & Irenes, ubi de terræ motu: ὥστε μὴ τολμῆσαί τινας ἐν οἴκῳ καθεύδειν, ἀλλὰ πάντα εἰς τοὺς κήπους καὶ τὰ ἐξάερα σκηνὰς ποιήσαντας διάγειν. Harmenopulus lib. 2. tit. 4. §. 56. τὰ ἀλλότρια ἐδάφη, ἐν οἷς οὐκ εἰσιν οἰκίαι, καὶ τὰ τῶν γειτόνων ἐξάερα ἐξ μόνον ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς πλησίον κτίζειν βουλομένους ἀποδιώκουσιν. Codinus in Orig. Constantinop. num. 132. λιθοξόοι, ὡς ἂν κτίσωσι τοὺς ἐμβόλους καὶ τὰ ἐξάερα, ἔκοπτον τὰς κορυφὰς τῶν πετρῶν καὶ ὀρέων; &c. Chronicon Constantinop. καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἐξιέναι πρὸς τὸ κτίζειν τοὺς τε ἐμβόλους, καὶ τὸ ἐξάερον, κάμψαντες οἱ λιθοξόοι τὰς κορυφὰς τῶν πετρῶν, κατεκύλιον τοὺς κειμένους ἔξω τῶν τειχῶν.

ἘΞΆΖΕΙΝ, *Aperire,* Gall. *Descouvrir.* Vita MS.

MS. S. Symeonis Sali: καὶ ἠπείλει, ὅτι εἰ ἐξάξει αὐτοῦ, βασάνῳ μεγάλῳ κατὰ τὸν μέλλοντα περιπεσεῖται αἰῶνα.

Ε'ΞΑΪ'ΤΟΝ, *Porticus*, seu potiùs *Mœnianum*, Ἐξώστης. Moschopulus in Lexico Philostrati: ὁ δὲ κοιτὼν πολλῶν κοιτῶν ὀφείλει εἶναι περιεκτικός· λέγεται δὲ καὶ παστὰς ὁ μετὰ πρόδομον δόμος· εἶτα τὰ αἴθουσαι τὰ κοινῶς ἐξάϊτα, εἶτα αὐλὴ, καὶ ἕρκιον αὐλῆς.

Ἐξάϊον, eâdem notione. Glossæ Basilic. Σωλάριον, ἐξοχὴ τοῦ ἐξάτου. Concilium Florentin. sect.16. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ ὁδῷ, οἱ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄλλοι ἐν τοῖς τείχεσιν, ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῶν θυρίδων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐξάτων, καὶ ὁμοῦ ἐπειδὴ πᾶσα ἡ πόλις, &c.

Ε'ΞΑΚΑΝΘΙ'ΛΟΥΤΟΝ. Codinus in Orig. Constantinopolit. num 110. ἵστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμάρεος Ἐλευθερίου, φέρουσα πτύον καὶ κόφινον. Ubi pro κόφινον, in tribus Codd. Vaticanis diversè legitur, ἐξακάνθινον, ἐξακάνθηκον, & ἐξακανθίλουον, uti monet Lambecius, seu potiùs Holstenius, qui quid sibi ista velint fatetur se ignorare. Gyllius lib. 4. de Topogr. Constantinopol. cap. 8. agens de hac statua Eleutherij, ait *marmoreum calathum* tulisse humeris; tenuisse verò manu *palam* etiam *marmoream*: ut pala ista fuerit ad ἀκάνθας, *spinas*, seu vepreta evellenda, dictáque fuerit ἐξακανθίλουον.

Ε'ΞΑΚΕ'ΡΤΑ. Glossæ Basilic. τοῖς ἐξακέρτα, τοὺς ἐξαγώνους μηρούς.

Ε'ΞΑΚΟΥΣΤΟ'Σ, Ξακουστὸς, *Potens*, Ἐξουσιαστής. Historia Apollonij Tyrij:

Πολλοὶ ἄρχοντες ἐξακουστοὶ, ἐπῆγαν γιὰ τιμήν της.

Suprà:

Καὶ ἀπ' ἀφεντάδες ξακουστοὺς εἶτον ἐξηλημμένη.

Ε'ΞΑ'ΚΤΩΡ, *Exactor*, qui ἐκλήπτωρ τῶν δημοσίων φόρων, apud Theophanem pag. 323. appellatur. Glossæ Basilic. Ἐξάκτωρ, ἀπαιτητής. Joannes Euchaitorum Metropolita pag.50.

Μυστογράφος χθὲς εὐγενὴς νεανίας,
Καὶ σήμερον πάρεστιν ἐξάκτωρ νέος.

Joannes Tzetzes Chil.5. vers. 608.

Ἐφ' ᾗ γαμβρὸν Ἐξάκτωρα γεωργῶν ἐσχήκει,
Πολλὰς ἀρχὰς ἀνύσαντα πρακτορικὰς θεμάτων.

Vide Justiniani Nov.128. cap.5. & Gloss.med.Lat. in *Exactor*.

Ἐξακτωρικὰ χωρία, *Loca exactionibus obnoxia*, quibus opponuntur ἐλευθερικὰ, in Nov. Justini de Divinis Domibus cap.4.

Ε'ΞΑΜΗΝΑΪ'ΟΝ, *Officium pro defuncto aliquo, quod sexto post obitum mense peragitur*, ut anniversarium post annum: in Nomocanone Coteleriano, num. 286.

Ε'ΞΑ'ΜΙΤΟΝ, *Examitum*. Nicetas in Man. lib.2. num.8. καὶ νῦν ἔξεστιν ἰδεῖν τοὺς ἐν Σικελίᾳ καλαιφοντας Θηβαίων παῖδας καὶ Κορινθίων ἴσῳ προσανέχοντας τῶν ἐξαμίτων καὶ χρυσοπαστῶν στολῶν, &c. Lib. 3. num. 6. ex Cod. Barbarogr. βλατία χρυσᾶ καὶ ἐξάμιτα, καὶ ἕτερα βλάτια ποικίλα καὶ κεντητά. Idem lib.5.n.3. χρυσέοις βλατίοις καὶ ἐξαμίτοις. Balsamon ad Synod. VII. Can. 16. τῶν λαμπρειμονούντων κληρικῶν διὰ ἱματίων λεγομένων ἐξαμίτων, ἐχομένων οὐ μόνον ἑτερόχροα ἀντίπαντα, ἀλλὰ καὶ χρυσόπαστα.

Καλαξάμιτος. Historia MS. Belisarij:

Χρυσοζώνους καὶ βύσσινα ῥοῦχα καλαξαμίτου.

Ἐξαμιτοποιὸς, *Examitorum artifex*. Glossæ MSS. ταλασιουργὸς, ὁ ἐξαμιτοποιὸς, ὁ βλατᾶς, ὁ ἐριουργός.

Ξάμιτος truncatè prò Ἐξάμιτος. Anonymus de Nuptiis Thesei:

Ὅπου πολλάτονε κοντὰ στὴν τζάμπραν τῆς ἐκείνης,
Με φουστάνα καὶ ξάμιτον, &c.

Vide Gloss. med. Lat. in *Examitum*.

Ε'ΞΑΜΟΝ, *Examen*. Codinus in Orig. Constantinop. num. 44. ἔνθα ἦν τὸ Ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Idem num. 51. τὸ λεγόμενον Μόδιον, ὡραῖον ἦν, (sic enim legendum, pro ὡρολόγιον) ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου, &c. Rursum, num. 74. ἔνθα τοῦ αὐτοῦ Βαλεντινιανοῦ στήλη ἵστατο εἰς τὴν ἁψῖδα, ἔξαμον ἀργυροῦν τῇ δεξιᾷ κατέχουσα. Vide Notas nostras ad Alexiadem, pag.384.

Ε'ΞΑΠΛΩΝΝΕΙΝ, *Explicare*, ἐξαπλοῦν. Glossæ Græcobarb. τείνει, ἐξαπλοῖ, ἐξαπλώννει. Liturgia S. Chrysostomi: μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, λαμβάνει τὸ ἱερεὺς τὸ εἰλητὸν, καὶ κατὰ τὸ συνήθες ἐξαπλώνει.

Ε'ΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑ'ΡΙΑ, Hymni sic dicti in Ecclesia Græca, de quorum appellatione incertæ sunt ipsorum Græcorum sententiæ. Sic enim Goarus ad Euchologium pag. 57. *Num ille Hymnus est, ad quem concinendum ad chori Gremium mittitur aliquis? an talis alius qui in Sancti vel Mysterij alicujus memoriam* ἐξαποστέλλεται *emittatur? Nam potius is est qui mittendam Spiritus Sancti gratiam advocet? vel denique, qui juxta Docti Logaridij sensum, fere semper de Apostolorum in orbem dispersione & prædicatione, vel apertè vel obscurè, memoriam habent?* Certè longè videtur probabilius ita appellatos ejusmodi hymnos à voce ἐξαπόστειλον, quæ in iis fere semper occurrit, ut est εὐχὴ illa in Liturgia Præsanctificatorum, apud eundem Goarum, pag.201. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξαπόστειλον ἡμῖν δύναμιν ἐξ ὕψους ἁγίου σου, καὶ ἐνίσχυσον ἡμᾶς προσφέρειν σοι θυσίαν ἀναιμάκτην, &c. Et alia in Horologio: τὸ φῶς σου ἐξαπόστειλον Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ φώτισον τὴν καρδίαν μου. Rursum ibi φωτοδότα κύριε ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, &c. S. Cyrillus Catech.5. ad Neophyt. ἵνα ἁγιάσαντες ἑαυτοὺς διὰ τῶν πνευματικῶν τούτων ὕμνων παρακαλῶμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξαποστεῖλαι ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ. Martyrium S.Bonifacij pag. 320. Κύριε παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειαν τοῦ δούλου σου, καὶ ἐξαπόστειλον τὸν ἄγγελόν σου, καὶ προσδέξαι ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου, &c. Describuntur sub finem Paracletici, p. 155. Ἀναστάσιμα, ἐξαποστειλάρια, & ἑωθινὰ ἰδιόμελα τὰ ια. Mox additur: εἰσὶ δὲ τὰ μὲν ἑωθινὰ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου βασιλέως· τὰ δὲ Ἐξαποστειλάρια τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως. Undecim igitur numero utraque sunt, quæ eo ordine disponuntur, ut ἐξαποστειλάριον primum præcedat, mox subsequatur primum θεοτόκιον, ac deinde primum ἑωθινὸν, & sic deinceps. Hisce subduntur alia ἐξαποστειλάρια τῆς ὅλης ἑβδομάδος, cum singulis suis Theotociis. Alia habentur passim in Anthologio 136. 139. 141. 162. 165. 168. 195. in Euchologio pag.412 435.436. ut & in aliis libris Ecclesiasticis Græcorum.

Ε'ΞΑ'ΡΤΙΟΝ, *Navalia instrumenta*, *Apparatus nauticus*. Zacharias Pap. lib.4. Dialog. cap.31. ἐν ὅσῳ δὲ οἱ ναῦται τὰ ἐξάρτια τοῦ πλοίου περιεποιοῦντο. Ubi Gregorius M. *Navis armamenta*.

Ξάρτιον, pro Ἐξάρτιον. Glossæ Græcobarb. ἀκροσόλια, τὰ ἄκρα τῆς νηός, τὰ ξάρτια. Vide Gloss.med.Lat. in *Sarcia*.

Ἐξαρτία, apud Harmenopulum: Ἐξάρτησις, ἣν καὶ ἐξαρτίαν νόμος καλεῖ. lib. 53. Basilic. tit. 2. §. 29. ἐὰν ἀγοράσω πλοῖον μετὰ τῆς ἐξαρτίας, &c. Glossæ Gr. Latin. Ἐξαρτία παντὸς πράγματος, *Hoc instrumentum*. Ἐξαρτίζω, *Instruo*.

Ἐξάρτησις, eâdem notione. Theophanes an. 2. Artemij: καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φοίνικα, πρὸς τὸ καῦσαι τὴν ξυλὴν καὶ τὴν εὑρισκομένην ἐξάρτησιν τῶν Ἀγαρηνῶν. Constantinus Porph. de Adm. Imp. cap. 9. εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν εἰσέρχονται εἰς τὴν Κιόβα, καὶ σύρουσιν εἰς τὴν ἐξάρτησιν, καὶ ἀπεμπολοῦσιν αὐτὰ εἰς τοὺς Ῥῶς. Idem

cap. 22. ἐξαρτύειν στόλον dixit. Vide Harmenopulum lib. 2. tit. 1. §. 9. 13. ἐξαρτισμὸς τοῦ πλοίου, in Basilic. lib. 15. tit. 1. cap. 3. *Instrumenta navis.*

Ἐξάρτησις, seu Ἐξάρτυσις, locus ita dictus Constantinopoli, in quo conficiebantur & fabricabantur triremes, & earum armamenta & supellex. Leo Grammaticus in Constantino Leonis F. pag. 493. ἐν τῇ ἐξαρτήσει δὲ ὄντος τοῦ Ρωμανοῦ, καὶ τὰ πλοῖα εὐτρεπίζοντος, &c. Sguropulus in Hist. Concilij Florent. sect. 11. cap. 10. καὶ περὶ δευτέραν ὥραν τῆς νυκτὸς, κατελάβομεν τὴν χρυσείαν πύλην, καὶ ἔστημεν εἰς τὴν λεγομένην Ἐξάρτησιν. Alios locos laudamus in Constantinopoli Christiana lib. 2. cap. 10. num. 19.

ἘΞΑΡΧΟΙ, *Principes*, *Proceres*, ita Gloss. Gr. Lat. Sed Exarchi nomen primariam cum Imperio Dignitatem & Principatum præsertim significat, ut apud Justinianum in Nov. 130. cap. 1. 5. 6. Ἔξαρχος χαρτοφυλακίου, *Præfectus ærarij*, in Gloss. Lat. Græc. Theophanes an. 12. Leonis M. στρατηγὸν δὲ καὶ Ἔξαρχον τοῦ στόλου κατέστησεν Βασιλίσκον. Idem an. 25. Justiniani Narsem Cubicularium Ἔξαρχον Ρωμαίων vocat. Ἔξαρχος τοῦ Μαυριτάνων, an. 36. ejusdem Augusti. Et an. 20. Mauricij: τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα προβάλλονται Ἔξαρχον Φωκᾶν τὸν Κένταρχον, καὶ ἐπὶ ἀσπίδα αὐτὸν ὑψώσαντες, εὐφήμισαν Ἔξαρχον. Theophylact. Simocatta lib. 8. cap. 7. ἔξαρχον τὸν ἑκατόνταρχον Φωκᾶν προεστήσαντο. Ita etiam Cedrenus, pag. 403.

Ἔξαρχοι Ἰταλίας, *Exarchi Italiæ*, quorum ea erat potestas, ut *ministerium Imperialis fastigij peregisse* dicantur in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. Sacra Constantini Pogonati ad Agathonem Pap. in Concil. VI. Oecumen. part. 1. cap. 1. Extr. πᾶσαν δὲ συνδρομὴν ἐκελεύσαμεν τοῖς ἐρχομένοις παρασχεῖν Θεόδωρον τὸν ἐνδοξότατον Πατρίκιον καὶ Ἔξαρχον τῶν Ἰταλῶν ἡμῶν φιλοχρίστου χώρας.

ἘΞΆΡΧΟΥ Dignitas & nomenclatura, in rebus Ecclesiasticis variè accipitur. Alius enim est Ἔξαρχος τῆς Διοικήσεως, alius Ἔξαρχος τῆς Ἐπαρχίας, ac Exarchus quidem Diœceseos dicitur Patriarcha: Exarchus verò Provinciæ, Metropolita: sub Patriarcha, plures sunt Provinciæ, ut sub Metropolita plures Episcopatus. Macarius Ancyranus contra Barlaamum & Acyndinum, postquam dixit quid sit Diœcesis & quid Provincia, hæc subdit: ἄρα γε καὶ Ἔξαρχος ἑκάστης Διοικήσεως ὁ Πατριάρχης, ὥσπερ ἄρα καὶ ὁ ἑκάστης Ἐπαρχίας Μητροπολίτης Ἔξαρχος αὐτῆς, διὸ ὁ Ἡρακλείας πάσης Θράκης καλεῖται Ἔξαρχος, καὶ ὁ Ἀγκύρας πάσης Γαλατίας, καὶ ὁ Θεσσαλονίκης πάσης Θετταλίας. De ejusmodi postremis Exarchis intelligendus Ibas Edessenus Episcopus in Concilio Calchedonensi Act. 10. εἴτε καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, ὅτε ἡ ἀνατολικὴ σύνοδος ὡς αἱρετικὸν ἀναθεματίσειν, ἐξηκολούθησα τῷ Ἐξάρχῳ μου. Et Nicetas Paphlago in Vita Ignatij Patr. Constantinopol. ubi de Photio: καὶ ἤδη πρὸς τοῖς βασιλείοις ἐπὶ τῇ καλουμένῃ Μαγναύρᾳ καθημένων, Ἐξάρχους τε προεβάλλετο, καὶ χειροτονίας ἐπετέλει. In Concilio Constantinopol. IV. Act. 2. Thomas Μητροπολίτης Τύρου Πρωτόθρονος καὶ Ἔξαρχος inscribitur. Petrus Antiochenus Patr. in Epist. ad Dominicum Gradensem: τοὺς δὲ πρωτεύοντας ἐν ἑκάστῃ συνόδῳ Ἐξάρχους καὶ Πρωτοθρόνους εἴωθεν ὀνομάζειν.

Et sanè longè antea usus invaluerat, ut Metropolitani, vel primarum Sedium Episcopi *Exarchos* sese inscriberent, maximè in Africa, quod postea vetitum in Concil. Afric. Can. 6. Codex Canon. Eccl. Afric. Can. 39. ὥστε τὸν τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπον μὴ λέγεσθαι ἔξαρχον τῶν ἱερέων, ἢ ἄκρον ἱερέα, ἢ τοιουτότροπον δήποτε, ἀλλὰ μόνον ἐπίσκοπον τῆς πρώτης καθέδρας. Atque hæc quidem rectè se habent. Patriarcha est Exarchus suæ Diœceseos, & Metropolita est Exarchus suæ Provinciæ, quomodo dicitur in Synodo Sardicensi Can. 6. & apud Evagrium lib. 1. cap. 9. Sed præter hos Exarchos, alterius videtur meminisse Synodus Calchedonensis in Can. 9. ubi, si Clericus controversiam habeat cum alio Clerico, Episcopum convenire jubetur ut eam dirimat ac dijudicet: si verò cum proprio vel alio Episcopo, judicari jubetur à Synodo & Conventu Provinciæ: εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας Μητροπολίτην Ἐπίσκοπος, ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν Ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω. Idem repetitur in Canone 17. εἰ δέ τις ἀδικοῖτο παρὰ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου ἢ Μητροπολίτου, παρὰ τῷ Ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως, ἢ τῷ Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ δικαζέσθω, καθὰ προείρηται. Ex quibus omnino patet, Exarchum alium esse à Metropolita & Patriarcha: unde quidam ex hoc Canone confecere quatuor Episcoporum Gradus, Episcopi scilicet, Metropolitæ, Exarchi, & Patriarchæ: quod alij Jure rejiciunt, cùm Exarchi tanquam peculiaris Ecclesiasticæ seu potiùs Episcopalis Dignitatis nullibi aliàs fiat mentio.

Ad hos Canones nihil certi proferunt Interpretes. Ac Zonaras quidem, quosdam, ait, Exarchos Diœceseon esse Patriarchas, alios verò Metropolitas existimare. Balsamon verò, Exarchos Diœceseos, non esse singulos Provinciæ Metropolitas, sed totius Diœceseos Metropolitas: Diœcesim autem dici quæ multas sub se habet Provincias, ac ejusmodi denique Exarchorum (quorum in iis Canonibus fit mentio) privilegium suâ ætate exolevisse scribit; cùm qui hâc Dignitate aut hoc titulo donabantur Metropolitani, alios Metropolitanos sibi subjectos minimè haberent, quod secus erat tempore Concilij Calchedonensis.

Nilus Doxapatrius ait Patriarchas divisisse suas Diœceses in Exarchos, Metropolitas, Archiepiscopos: & Episcopos cùm vix fieri posset ut ipsi per se ipsos Parochiis suis omnibus modum imponerent, & seligerent Episcopos, & consecrarent, & res quærerent, & jure dicerent, & pervestigarent, propter itinerum longa intervalla. Propterea in eminentioribus Provinciis & Regionibus Exarchos constituisse: in aliis verò Provinciis unum in singulis Metropolitam in earum Urbe præcipua, & quæ Mater Urbium diceretur: in iis denique vilioribus Urbibus creasse Episcopos.

Sed hæc nodum haud solvunt: an enim hi Exarchi gradum Episcopatus à Patriarchæ, aut Metropolitæ gradibus diversum confecerint, haud indicat, neque an hi Exarchi in Metropolitas jus aut jurisdictionem habuerint. Quamobrem, ut rem paucis conficiam, longè probabilius videtur, Synodi Calchedonensis ævo, Exarchos dictos Metropolitas, quibus id Juris concedere solebat Patriarcha, ut in tota sua Diœcesi vices suas obiret, seu Vicarius esset, eadémque, in ea quâ ille potestate, uteretur, ita ut si quæpiam controversia inter Clericos, Sacerdotes, Episcopos, atque adeò Metropolitas emergeret, ea ab Metropolita Exarcho dirimeretur, appellatione ad Patriarcham reservatâ. Nam ea ætate Exarchi propriè dicebantur, non tantùm qui aliis imperabant, sed qui alterius in Imperio vices agerent, quemadmodum Italiæ seu Ravennæ Exarchi, qui in Italia vices Imperatoris obibant, cujusmodi sunt quos *Vicereges* appellamus, Delegati scilicet & Visitatores alicujus Diœceseos à Patriarcha missi, quâ certè notione etiamnum apud Græcos Exarchi appellantur uti mox dicemus.

Hinc

Hinc factum, ut & ejusmodi Exarchi, Patriarchæ dicerentur, quòd Patriarchæ essent Vicarij, eandémque ferè potestatem haberent in sua Provincia, quam in tota Diœcesi Patriarchæ primarij. Atque ita intelligendum Socratem lib. 5. cap. 8. volunt plerique, dum scribit in secunda Synodo Constantinopolitana, multa decreta fuisse, & inter alia ab eadem constitutos esse Patriarchas: Ac Nectarium quidem Regiam Urbem & Thraciæ Provincias sortitum: Helladium Cæsareæ Cappadociæ Episcopum Ponticæ Diœceseos πατριαρχίαν obtinuisse, & unà cum illo Gregorium Nyssæ in eadem Cappadociæ Episcopum, & Otreium Melitinæ in Armenia Episcopum: Asianæ autem Diœceseos Patriarchatum sortitum Amphilochium Iconij, & Optimum Antiochiæ Pisidiæ Episcopum, &c. Quæ quidem verba Henr. Valesius ita intelligenda censet, ut ij non revera Patriarchæ fuerint, sed extraordinarij Legati ad fidem stabiliendam per Provincias delegati; quod vel inde evincitur, quòd in una eadémque Provincia aut Diœcesi plures Episcopi Patriarchiam obtinuisse dicantur, id est jus Patriarchicum, immò & Patriarchæ nomen. Ac de ejusmodi Delegatis Patriarchæ nomenclaturam habentibus videtur intelligendus Justinianus in l. 29. §. 5. Cod. de Episc. aud. ἐπειδὴ δὲ τινες τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς εἰσὶ, καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα· τινὲς δὲ καθ' ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἴτε μητροπολιτῶν, εἴτε τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτοῖς, ἐκεῖνα θεσπίζομεν, ἅπερ ἐπὶ τῶν Θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἤδη διειλέξαμεν. Quæ quidem ita fortean accipienda, ut iis quos diximus Patriarchis, seu Visitatoribus, vel Patriarchæ Legatis ac Vicariis, quidam Metropoliticâ Dignitate donati fuerint, in iis Provinciis in quibus Vicariâ suâ fungebantur, alij verò fuerint qui (aliunde putà delecti Episcopi aut Metropolitæ) in tota Diœcesi Ordinationes Episcoporum & Metropolitanorum sibi subjectorum (ratione Vicariæ potestatis) facerent. Quam quidem interpretationem amplectitur Petrus de Marca in Dissertat. ad Concilium Claromontanum, num. 19. ubi ait ejusmodi Patriarchas defunctos munere in Ecclesia Græcanica, qua *Primates* in Latina de quibus multis agit in eo Opusculo pereruditè, ut solet.

Hæc quidem obtinuere prioribus sæculis; at Posterioribus, Ἐξάρχου Dignitas in eadem Patriarchali Diœcesi attributa non uni aut duobus, sed longè pluribus, vel Metropolitanis, vel Episcopis, addito quibusdam Ὑπερτίμου titulo. Subjunguntur Codino de Offic. Aulæ Constantinopolit. Notitiæ Græcorum Episcopatuum, unáque Ordo Thronorum Metropolitanorum, & qui ex iis dicantur Ἔξαρχοι καὶ Ὑπέρτιμοι, & qui solùm Ὑπέρτιμοι. Ex iis Metropolitanus Cæsareæ Capadociæ Ὑπέρτιμος τῶν Ὑπερτίμων, καὶ Ἔξαρχος πάσης ἀνατολῆς. Ephesinus Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Ἀσίας. Heracleensis denique Πρόεδρος τῶν Ὑπερτίμων, καὶ Ἔξαρχος πάσης Θράκης καὶ Μακεδονίας. Sequuntur deinde Metropolitani alij, qui pariter Ἔξαρχοι & Ὑπέρτιμοι inscribuntur: Exarchi scilicet suæ Provinciæ, verbi gratiâ, Ancyranus Exarchus totius Galatiæ, Cyzicenus totius Hellesponti, & alij numero 33. Cæteri Metropolitæ omnes Ὑπερτίμου tantùm titulo donantur, non verò Ἐξάρχου. Archiepiscopi denique Ὑπερτίμου titulo non donantur.

Ἐξαρχία, *Dignitas Exarchi*, in Ordine Thronor. pag. 407.

ΕΞΑΡΧΟΣ τῶν Μοναστηρίων, Dignitas Dalmato seu Dalmatio, Hegumeno Monasterij Constantinopoli, quod ab ejus nomine Δαλμάτου appellationem deinceps sumpsit, & ejus Successoribus, à Patribus Concilij Ephesini primùm collata, ut scilicet Urbis Regiæ Monasteriorum Disciplinæ invigilarent. Unde postmodum πατέρες, ἄρχοντες, & Ἔξαρχοι τῶν Μοναστηρίων, appellati, uti à nobis observatum in Constantinopoli Christiana lib. 4. sect. 8. n. 32. Is porrò Dalmatus, in ejus Vita MS. Ἀρχιμανδρίτης καὶ ἔξαρχος, πρωτοπρεσβύτερος, καὶ ἄρχων, ab Ephesino Concilio constitutus dicitur. Et in Epistola S. Cyrilli ad eundem Dalmatum, ibidem, Ἀρχιμανδρίτης τῶν μοναστηρίων τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως indigitatur: Ut & Faustus filius, Patre defuncto, πρεσβύτερος, Ἀρχιμανδρίτης, καὶ ἡγούμενος, καὶ ἄρχων πάντων τῶν τῆς βασιλίδος μοναστηρίων. Ita etiam Marianus Abbas Monasterij ejusdem Dalmati, in Concilio Constantinopolit. sub Mena, primus inter Abbates subscribit, cum hoc titulo: ἡγούμενος Μονῆς τῆς ἐπικαλουμένης Δαλματίου τῆς Θεοφιλοῦς μνήμης, καὶ Ἔξαρχος τῶν ἐπὶ βασιλευούσης πολέως διακειμένων εὐαγῶν Μοναστηρίων, καὶ τῶν λοιπῶν Ἡγουμένων τῶν κατὰ τὴν φιλόχριστον πόλιν καθεστώτων εὐαγῶν Μοναστηρίων. Ex hinc apud Theophanem an. 22. Anastasij occurrit ὅσιος Θεοδόσιος Ἄρχων τῶν Μοναστηρίων, Urbis Regiæ, ut opinor: deinde apud eundem an. 30. Justiniani, Timotheus Ἔξαρχος τῶν Μοναστηρίων, καὶ ἡγούμενος τῆς Δαλμάτου Μονῆς, cui suffectus Anthymus ἔγκλειστος τοῦ αὐτοῦ Μοναστηρίου. De Hegumeno Dalmatici Monasterij intelligendus præterea Justinianus in Nov. 133. cap. 4. ubi satis innuit, id muneris postea in alias Provincias propagatum, qualéque illud fuerit hisce verbis indicat: ὁ δὲ τῶν Μοναστηρίων Ἔξαρχος, εἴγε εἴη κατὰ τὸν τόπον, ὥσπερ ἐπὶ ταύτης ἐστὶ τῆς εὐδαίμονος πόλεως, ταῦτα περιεργαζέσθω, καὶ στελλέτω τοὺς καλουμένους ἀποκρισιαρίους αὐτοῦ κατὰ τὰ Μοναστήρια, καὶ πυνθανέσθω καὶ ἐκ τῶν γειτόνων μήπω τι πονηρὸν ἐπί τινος τῶν Μοναστηρίων τῶν ἐγγύθεν γέγονε, καὶ ταῦτα ἅπαντα σωφρονιζέτω, καὶ τῆς προσηκούσης ἀξιούτω προνοίας. Adde cap. 6. Ex quibus sanè colligitur non nuperam esse omnino in Religiosorum ordinibus supremam Superioris Abbatis auctoritatem; tametsi in Occidente seriùs cognita fuerit, nisi fortè interdum Visitatoris generalis titulo, quo S. Benedictum Anianensem Abbatem ornatum scribit Auctor illius Vitæ. De Exárchis porrò Monasteriorum in Provinciis videtur intelligendus Theosterictus in Vita S. Nicetæ Confessoris, num. 44. τοῦτον οὖν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ κακίαν Ἔξαρχον τῶν ἐκεῖ Μοναστηρίων ἐποίουν οἱ ἄθεοι. Ut & Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Euthymij, num. 9. de eodem Sancto: ὑπὸ τῶν τηνικαῦτα τῆς Μελιτηνῆς Ἐπισκόπου πρεσβύτερος ἀκουσίως τῆς ἀρετῆς αὐτὸν ἐγχειριζούσης, χειροτονεῖται, καὶ τὴν φροντίδα τῶν περὶ τὴν πόλιν Μοναστηρίων τε καὶ ἀσκητηρίων πιστεύεται. Denique Theophylactus Bulgariæ Episcop. Epist. 27. διά τινος δὲ καὶ τὰ σφάλματα τῶν Μοναχῶν τῆς κατὰ γνώμην αὐτοῦ συστάσης τηρηθήσεται, καὶ διορθωθήσεται; διὰ τῶν τὰ τῶν ὑποκειμένων αὐτοῦ ἄλλων Μοναχῶν ἐπικρατοῦντος καὶ διιθύνοντος, ὃν Ἔξαρχον ὀνομάζομεν. Vide Theosterictum in Vita S. Nicetæ Confess. num. 43. & nostram Constantinopolim Christianam, lib. 4. sect. 6. num. 34.

Atque hæc quidem prioribus sæculis videntur obtinuisse: nam posterioribus dicti præsertim Ἔξαρχοι τῶν Μοναστηρίων, qui Patriarchalium Monasteriorum Disciplinæ invigilabant, eorúmque Visitatores ab ipso Patriarcha delegabantur: id est cœnobiorum quæ ἀμέσως, *immediatè*, Patriarchæ, jure τοῦ σταυροπηγίου, de quo suo loco agimus, subdita erant, quod innuit omnino Sancitum 2. German. Patr. Constantinopolit. lib. 3. Juris Græco-Rom. pag. 236. ubi τῶν Πατριαρχικῶν δικαίων Ἔξαρχος appellatur, quòd in suis Visitationibus προσόδους τῶν κανονικῶν ad

Patriarcham

Patriarcham pertinentium exigerent : καὶ τῷ τῶν Πατριαρχικῶν δικαίων Ἐξάρχῳ ὑποτίθενται, καὶ τὰ συνήθη κανονικὰ πρὸς αὐτὸν ἀποτίσουσι. At in alio quod subsequitur Sancito, Πατριαρχικὸς Ἔξαρχος, & ἀπὸ τῆς Πατριαρχικῆς ἐξουσίας ἀποστελλόμενος indigitatur. Et sanè ejusmodi Exarchi Legatorum à latere Patriarchæ vicem etiamnum obtinent : cui ille Exarchicam Epistolam ad Metropolitas & alias Ecclesiasticas personas in manus dat, ut ab iis admittatur ac recipiatur tanquam Missus Patriarchicus, hacce formulâ, in Hieremiæ Patr. Constantinopolit. Diplomate exaratâ, apud Crusium lib. 3. Turcogr. Ἀνθρώπους οἰκείους καὶ γνησίους πρὸς ὑμᾶς ἀποστέλλομεν, ἐξάρχους δηλονότι καθολικοὺς καὶ τὸ ὑμέτερον πρόσωπον ἐπιφέροντας, δυναμένους καὶ διὰ στόματος ἀναγγεῖλαι ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν ἐπερχόμενα δυσχερῆ, καὶ παρ' ἡμῶν εὐχὴν καὶ εὐλογίαν κομίσαι πρὸς ὑμᾶς τοὺς φιλοθέους καὶ εὐσεβεῖς· τόντε τιμιώτατον Νομοφύλακα τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας πρεσβύτερον κύριον Σαββατιανὸν, καὶ τὸν τιμιώτατον καὶ σπουδαιότατον Πρωτονοτάριον τῆς αὐτῆς μεγάλης ἐκκλησίας κύριον Θεοδόσιον, τοὺς κατὰ πνεῦμα υἱοὺς ἀγαπητοὺς τῆς ἡμῶν μετριότητος. Datur ei præterea ἔνταλμα, seu Mandatum continens varia sibi injuncti muneris præcepta : verbi gratiâ, ἀνεπακτῶς τε καὶ ἀβαρῶς τὴν περίοδον ποιεῖσθαι, monasteria immodicis comitum & sumptuum detrimentis, non gravare : purum & impollutum se ab omni munerum captatione servare : eorum qui Monasteriis præfecti sunt in subditos proterviam coercere, Monachorum securitati ac quieti invigilare, inobedientes Monachos castigare, ne extra Monasteria oberrent præcipere, & similia quæ prolixiori verborum serie continentur in eo *Entalmate*, quod habetur in Jure Græco-Romano lib.6. pag. 433. unde Habertus in Archieratico, pag. 471. exscripsit. Ejusmodi ἐνταλμάτων meminit etiam Nicephorus Chartophylax in Epist. ad Theodos. Inclusum : συντεκνίας δὲ ἢ ἀδελφοποιήσεις ποιεῖν μοναχοὺς κεκωλυμένον ἐστὶ καὶ ἐνταλματικῶς τοῦτο τοῖς ἡγουμένοις, ἢ τοῖς ἐξάρχοις τῶν μοναστηρίων ἡ ἐκκλησία παρακελεύεται. Sed hæc quidem Exarchos seu Visitatores Monasteriorum à Patriarcha jure Stauropegij nudè pendentium duntaxat spectant. Nam alij sunt

Ἔξαρχοι, seu Visitatores, qui ab ipso etiam Patriarcha in Provincias cum supremo Jure mittuntur, & in Episcoporum vitam & facta inquirunt, & ab iis debitum Canonem exigunt : unde Ἔξαρχοι τῶν Πατριαρχικῶν δικαίων dicuntur. Id præ cæteris observat Allatius lib. 1. de Consensu utriusque Eccl. cap. 8. num. 4. *Cùm autem his temporibus à Patriarchis Exarchi in Metropolim aut Episcopatum mittuntur, cum suprema potestate, illius Metropolis Episcopus Iura omnia deponit, arbitrium in solo Exarcho est. Ille manus impositum obit, Ecclesias vel Monasteria visitat, causas perscrutatur, controversias dirimit, querelas, si quæ sunt adversus Metropolitam, audit, acta disponit, & cum tempus est, Patriarchæ refert. Item mensæ Patriarchali providet, & novas impositiones, si quæ sunt, exigit. Metropolitano autem, sive Episcopo, jure cedente, nec hiscere audente, & multoties sese absentante.* Et ante Allatium Crusius in Turco-Græcia lib.7.ex Epist. Gerlachij : *Officium*, inquit, ἐξάρχου, *est legatum esse Patriarchæ, aut alicujus Antistitis. Id quotannis mutabile est : nec uni commendatur semper, pluresve ad annos : sed quia lucrosum, pluribus, & quibus Patriarcha bene vult, mandatur. Cùm enim quotannis plures mittantur Exarchi, (duo in insulas, duo in Macedoniam & in Peloponnesum : duo in Pontum Euxinum) quisque 300. aut amplius Ducatos pro fertilitate anni colligere potest. Tenentur enim Metropolitæ non tantùm Sultano tributum persolvere, sed etiam Patriarchæ, tanquam capiti spirituali, summam non exiguam pendere, ipsos deinde Exarchos, eorúmque ministros (quatuordecim circiter) quemque pro Dignitate personæ, & facultate Metropoleos, aliquot honorare Ducatis. Hanc summam Metropolita ab Episcopis, suæque Diœcesis subjectis, exigens, sui quoque rationem habere novit. Quinto etiam quoque anno, (quanquam nunc anticipando quadriennium incidit) ipse Patriarcha cum triginta aut pluribus comitibus, circumit Metropoleis. Ubi non tantùm Patriarcham amplissimo munere, quòd* φιλότιμον *nominant, honorare tenentur, propterea quòd ad ipsos accedere dignatus sit, lites dirimere, & benedictionem suam impertiri, sed eleemosynam quoque contribuere : singulósque ipsius ministros dono non contemnendo afficere.* Atque inde percipimus cur ejusmodi Legati dicantur ἔξαρχοι τῶν πατριαρχικῶν δικαίων, quòd scilicet non solùm Jura Patriarchæ in Diœcesibus de subjectis tueantur, sed etiam debitum ab iis Canonem exigant, & ad illum referant. Horum Ἐξάρχων Dignitas magna censetur, ut quæ Episcopalem adæquet. Nam de ea videtur intelligendus Balsamon ad Canon. 53. Laodicenum, ubi περιοδεύτας ait eodem munere functos quo suâ ætate Ἔξαρχοι. Joannes Cameniates n.30.quo loco narrat expugnatâ à Turcis Urbe Thessalonicâ illius Patrem in Sultani conspectum adductum esse, rogatum ab eo an illius Civitatis esset Episcopus, quod ex habitu ac vestibus conjiciebat, illum verò respondisse, minimè se esse Episcopum, sed Clericum : tum ex exercitus ducibus quempiam astantem dixisse, Ἐπίσκοπος μὲν οὐκ ἔστιν οὗτος, κατ' οὐδὲν δὲ διαφέροντα βαθμὸν ἐκείνοις κεκλήρωται· Ἔξαρχον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης, οὐδὲν τῆς τιμῆς ἐκείνων ὑστερίζοντα. Vide præterea Crusium pag. 219.

Ἔξαρχοι dicti præterea Chorepiscopi, non quòd ut ait Meursius, ex principatu dependerent aliorum: sed quia Visitatorum Officio in Episcoporum Parœciis fungerentur. Scholiastes ad tit. 9. Epitomes Canon. Harmenopuli : Χωρεπίσκοποι, οἱ νῦν λεγόμενοι Ἔξαρχοι, εἴτε Πατριάρχου εἰσὶν, εἴτε Μητροπολίτου. Eodem Visitatoris officio functus videtur apud S.Athanasium Apol. 2. pag. 803. Himerius quidam Ἔξαρχος Μαρεώτου inscriptus : quæ quidem Μαρεώτις, χώρα τις Ἀλεξανδρείας dicitur, quæ nec Episcopum, nec Chorepiscopum habebat, ut indicatur paginâ 802.

Ἔξαρχος, nudè, Dignitas in Eccl. Constantinopolit. ex Choro sinistro, in Catalogo Allatiano ; cujus munus ita describitur : ὁ Ἔξαρχος ἵσταται πλησίον τοῦ Δευτερεύοντος (τῶν ἱερέων) ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γυρεύει δὲ καὶ πᾶν σκεῦος, καὶ ἀλλαγὰς τῆς περιοχῆς τῆς ἐπισκοπῆς ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς κρίσεις τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, εἰ ἐκρίθησαν δικαίως, καὶ γράφει τὰ ἀντιμίνσια· ἀναγυρεύει δὲ καὶ τῶν ἀνδρογυνῶν τὰ κωλύματα. Nescio an idem qui dicitur Ἔξαρχος τῆς τελετῆς, apud Pachymerem lib. 7. cap. 7. initio.

Ἐξάρχους & Ἡγουμένους suos etiam Sacerdotes appellasse quosdam Hæreticos, docet liber 1. Basilic. §.30. De omnibus his Exarchis quædam attigimus in Gloss. med. Lat. in V. *Exarchus*.

ἘΞΑΣΠΕΡΕΙΝ. Nomocanon Cotelerianus, n. 547. παραυλακίζων, ὁ παραθερίζων, ὁ παρακαμπανίζων, ὁ ἐξασπέρων ἑτέρου χωράφιον, καὶ ὁ μαυλίζων, ἐπιτιμάσθωσαν χρόνους ή. Ubi Vir doctissimus ἐξωσπείρων emendat, vel ἐξασπέρνων, ut sit *Extrà serere* : Nam σπέρνειν pro σπείρειν dicunt Græci hodierni. At ferè malim hîc legere ξαπέρνων, quod est *transire*

sire, ut sit *qui per agrum alterius transit*. Vide in hac voce.

ἘΞΑΣΠΡΟΣ. Vide in ἄσπρος.

ἘΞΑΣΤΑΚΈΝΑΙ, *Mirari, Percelli*. Michaël Psellus de Grammatica, MS.

Ἐξαστακέναι δὲ ἐστιν, θαυμάσαι, καταπλῆξαι.

ἘΞΆΣΤΕΡΙΝ, *Pleiades*. Eustathius: ὡς εἶ τὰς πάσας ἓξ κατ' ἀριθμὸν τῆς τῆς οὐρανίας πλειάδος, περὶ ἧς Ἄρατος φησιν, Ἑπτὰ δ' ἐκείνας ἐπίῤῥηδον καλέονται ἓξ οἴας περ ἐοῦσαι, ὅθεν καὶ ἡ κοινοτέρα γλῶσσα Ἐξάστερι αὐτὰς ὀνομάζει. Ita alij. Ovidius 4. Fastor. v. 167.

Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

ἘΞΑΣΤΡΊΑ, *Locus astris, & aëri expositus*. Glossæ Græcobarb. ἄγραυλος, ὕπαιθρος, ὅπου μηνίσκει ἀπουκάτω εἰς τὸν ἀέρα, ἢ νοτιὰν, ἢ ἐξαστρίαν. Vide ἐξάερον.

ΕΞΆΤΖΑ, idem Græcis hodiernis, quod *Hexagium*, seu *Exagium*, ut scribit Scaliger lib. de Re Nummaria pag. 54. ubi ait in veteribus ponduscculis, quæ Romæ reperiuntur, legi O. O. EXADSA, ultimis illis temporibus Latinitate purâ cum pronuntiatione exolescente.

ἘΞΆΤΟΝ. Vide in Ἐξάϊτον.

ἘΞΑΤΩΡΕΊΑ, *Exauctoratio*, pro ἐξαυτωρεία. Glossæ MSS. ἐξατωρεία, ἐλευθερία ἀπὸ στρατείας. Ita etiam Suidas & Phavorinus. Leo in Tacticis, cap. 20. §. 71. ἀγγαρείας ἁπάσης ἰδιωτικῆς καὶ ἀδικίας ἐλεύθερον φύλαττε τὸν ὑπό σε τεταγμένον λαὸν, εἴγε τῆς στρατοῦ εἰσιν, καὶ εἴγε τῆς λεγομένης ἐξατωρίας ἀφεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους, καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀέρικα, &c. Hic porrò explicandus locus apud Pachymerem lib. 1. Hist. cap. 32. non quòd huc omnino pertineat, sed quòd perperam intellectus fucum fecerit docto Interpreti, ubi nescio quem Ἐξ αὐτορειανῶν Πατριάρχην, diversum à Patriarcha Arsenio hîc nominato, facit, cùm unus idémque sit. Ait quippe Pachymeres Proceres Græcos, cùm de Junioris Theodori Imperatoris tutela invicem deliberarent, absque Ecclesiæ, & Arsenij qui ei præerat, consensu neutiquam rem peragendam censuisse; ea propter πρὸς μὲν τὸν ἐξ Αὐτωρειανῶν Πατριάρχην misisse, τὴν ταχίστην μεταχαλουμένους Νικαίηθεν τοῦτον. Quæ verba sic intelligenda sunt, de eodem Arsenio qui genus & natales ab Autorianis arcessebat. Nam Ἀρσένιος ὁ Αὐτωρειανὸς appellatur in Catalogo Patr. Constantinopol. in Jure Græco Rom. pag. 304.

ἘΞΑΦΝΑ, pro ἐξαίφνης, apud Georgium Contarem in Hist. Athenar. pag. 301.

ἘΞΆΦΟΛΛΟΝ. Vide in φόλα.

ἘΞΆΨΑΛΜΟΣ, *Sex Psalmi*, qui ut plurimùm canebantur in Matutinis, vel potiùs initio ὄρθρου, seu *Laudum*, erántque 3. 37. 62. 87. 102. 142. uti describuntur in Horologio: interdum etiam in Apodipnis, ut observant Leo Allatius in Dissert. 1. de Libris Ecclesiast. Græcor. pag. 58. & Goarus ad Euchologium pag. 34. Triodium 2. Feria 1. Hebdom. Jejunior, καὶ ψάλλεται ὁ ἐξάψαλμος χωρὶς μετανοιῶν μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ φόβου Θεοῦ. Feria 5. quintæ Hebd. μετὰ τὸ εὐλογητὸς παρὰ τοῦ ἱερέως, ὡς συνήθως καὶ λέγομεν ἐξάψαλμον. Feria 4. M. Hebdomad. εἰς τὸν ὄρθρον, ἐν τῇ πρώτῃ, στιχολογία τοῦ ἐξαψάλμου. Typicum cap. 5. καὶ ψάλλουσιν ἀμφότεροι τὸν ἐξάψαλμον ἡσύχῳ φωνῇ. Infrà: σημειώτερον δὲ ὅτε ἄδειαν οὐκ ἔχει τις βῆξαι ἢ πτύσαι, μέχρις ἂν τελεσθῇ ὁ ἐξάψαλμος. Vide Philotheum Patr. Constantinopol. in Ordine sacri Ministerij, pag. 7. Geronticum, apud Niconem Monachum in Pandecte MS. serm. 29. καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἠρξάμεθα τοῦ κανόνος, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὸ ἐξάψαλμον, καὶ εἰπεῖν τὸ Πάτερ ἡμῶν, ἠρξάμεθα τοὺς ψαλμοὺς ἀνελλιπῶς. Prochoprodromus in versibus Politicis MSS. contra Hegumenum:

Οὐ φέρειν ὅλως δύναμαι τὰς προσταγὰς ἐκείνων,
Τὸ πῶς ἦτον εἰς τὸν Ἐξάψαλμον ψωμὶν μηδὲν τὸ δόσειν.

Pachymeres lib. 1. Hist. cap. 13. ἑνὸς τῶν τοῦ κλήρου σχολαιότερον τὸ προκαταρκτικὸν τοῦ ὄρθρου μονολογοῦντος ἐξάψαλμον κανόνα πλακῆναι τῷ μνημονευομένῳ ἐς ὅτι μάλιστα ἄριστον.

ἘΞΕΜΟΝΑΧΙΆΖΕΙΝ. Vide in Μοναχιάζειν.

ἘΞΕΜΠΛΆΡΙΟΝ, *Exemplarium, Exemplar* S. Ignatius in Epist. ad Trallianos: τὸ γὰρ ἐξεμπλάριον τῆς ἀγάπης ἔλαβεν καὶ ἔχω μετ' αὐτοῦ ἐν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν. Utitur & in Epistolis ad Heronem & ad Ephesios, ut & S. Maximus Mon. Centur. 4. cap. 86. cent. 5. cap. 59. Methodius in Ramispalm. pag. 433. &c.

ἘΞΕΜΠΛΩΤΌΣ, *Exemplis*, seu *figuris variegatus*. Eustathius ad Odyss. β'. ἔστι δὲ αὐτὴ (παρυφὴ) κατὰ τὸν Ἀθηναῖον κόσμου εἶδος ἐν ἱματίῳ, οὐκ εὐδιάγνωστος πάνυ σαφῶς, ὁποῖα ἴσως τὰ λεγόμενα ἐξεμπλωτὰ καὶ πλουμιστά. Nicetas in Manuële lib. 2. num. 4. ex Cod. Barbarogr. μετὰ βλαττίων χρυσῶν, καὶ πέπλων ἐξωμπλωτῶν. Sic utraque Editio. Ubi Cod. alter, πέπλοις χρυσυφέσι καὶ ἀλουργοῖς τάπησι. Vide Gloss. med. Lat. in *Exemplum*.

ἘΞΕΡΕΔΑΤΟΣ, *Exhæredatus*, in Nov. 1. Justiniani: ἐξερεδάτους δὲ παῖδας, οὐ καλοῦμεν, οὐδὲ προσιέμεθα, κἂν εἰ μυριάκις βουληθεῖεν. Ἐξερεδατεύειν, *Exhæredare*, in Glossis Basilic. ἀκληρον ποιεῖν.

ἘΞΈΡΚΕΤΟΝ, *Exercitus*. Glossæ MSS. Reg. & Suidas: Reg. ἐξέρκετον, κατὰ Ῥωμαίους, τὸ στρατόπεδον. Scholiastes Theophili Antecess. lib. 2. tit. 13. §. 6. ἐν τῷ πολέμῳ, ἤγουν ἐν τῷ ἐξερκίτῳ. Chronicon Alexandrin. an. 1. Arcadij: καὶ ἀνῃρέθη Ῥουφῖνος Ἔπαρχος πραιτωρίων ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου. an. 7. Marciani: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Μαρκιανὸς, — καὶ ἐπήρθη Λέων ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου. Theophanes an. 32. Justiniani, & ex eo Cedrenus: καὶ ἐκέλευσεν κοπῆναι δένδρα, καὶ σύρεσθαι ὄπισθεν τοῦ ἐξερκέτου αὐτῶν. Et an. 36. ejusdem Justiniani: ἀπέστειλεν πρὸς βοήθειαν τὸν Ἀρμιῆς Μαρκιανὸν τὸν ἀνέψιον αὐτοῦ μετὰ ἐξερκέτου. Antiquitates Constantinopol. p. 99. προσετιμήθη παρὰ πάντων ἐν οἷς καὶ τὰ ἐξέρκετα.

ἘΞΕΣΤΙΚΌΣ, *Attonitus*. Glossæ Græcobarb. Ἐκπλαγεῖς, μωλωτοὶ, καὶ θαυμαστικοὶ, ἤγουν ἐξεστικοί.

ἘΞΕΦΑΝΤΌΝΕΙΝ, *Modulari*, *Canere*. Fabulæ Æsopi Græcobarb. pag. 150. de Cicada: ὁ δὲ τζίτζηκας εἶπεν, ὅτι δὲν εἶχα ἄδειαν, ἀμὴ ἐτραγούδουν, καὶ ἐξεφάντονα. Ubi Cod. Gr. οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλ' ᾖδον μουσικῶς. Infrà: ἂν τὸ καλοκαίρι ἐτραγούδεις καὶ ἐξεφάντονες.

ἘΞΗΚΟΝΤΆΒΙΒΛΟΣ. Vide in Ἑξάβιβλος.

ἘΞΉΝΤΑ, *Sexaginta*, ἑξήκοντα. Anonymus MS. de Bellis Francor. in Morea:

Ἐξῆντα κάτεργα ἦλθασιν, καράβη καὶ ταρίταις.

Nicolaus Lucanus in Iliade Græcobarb. lib. 1.

Ἀγαμέμνων δὲ ὁ Ἀτρείδης ἑκατὸν νηῶν ἦτον ἄρχων,
Ὁ Μενέλαος ἐξῆντα, &c.

ἘΞΗΦΟΡΑΪ́Σ, *Sexies*, Ἑξάκις.

ἘΞΗΧΟΣ, *Amens*, *Stultus*. Vita MS. S. Symeonis Sali: διότι πάντες ἐπληροφοροῦντο ὅτι ἔξηχός ἐστιν. Infrà: ποιήσας οὖν ἑαυτὸ ὁ ἀββᾶς Συμεὼν κατὰ τὴν συνήθειαν τὸν ἔξηχον, ἀφῆκε τὸ ἀπόντα, &c. Ita ibi passim Symeon promiscuè σαλὸς & ἔξηχος appellatur. Sguropulus in Hist. Concilij Florentini sect. 9. cap. 12. ἑαυτὸν δὲ ἐποίησεν ἔξηχον, καὶ μονοχίτων περιήρχετο μέχρι τινὸς ὡς παράφρων καὶ πλανώμενος.

ἘΞΙΔΙΑΖΌΝΤΩΣ, *Propriè*. Codinus de Offic. Aulæ Constantinopolit. cap. 2. n. 5. Σεβαστοὶ γὰρ ἀνέκαθεν

Cc

καθεν ἐπιθέτως οἱ Βασιλεῖς ὠνομάζοντο, καὶ τὴν ἐξισιαζόντως εἰς Βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ Σεβαστοῦ ὄνομα.

ΈΞΙΟΣΙΣ, in Glossis Chymicis MSS. ἐστὶν ἐκστρέψαι μετὰ ζυμὸν, τελέσει μεταβαλον.

ΈΞΙΣΑΣΜΟΣ. Vide Euchologium Goari, pag. 689.

ΈΞΙΣΩΤΗΣ, *Peræquator*, *Descriptor*, de quibus vocabulis diximus in Gloss. med. Latin. Glossæ Basilic. ῥεκκπεράτορες, ἐξισωταὶ, ἀνάληψιν δι' ἑαυτῶν ποιούμενοι, ὀρθωταὶ τοῦ δήμου. Glossæ MSS. ἐξισωτὴς, ἐπόπτης, ἀναγραφεύς. Eusebius lib. 4. de Vita Const. cap. 3. πάλιν κατὰ τὸν θεσμὸν δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Gregorius Nazianzenus Orat. 9. pag. mihi 156. Julianum ἐξισωτὴν quemdam γραφέα appellat: οὐ δὲ ἀπόγραφε δικαίως ἡμᾶς, ὁ τῶν ἡμετέρων γραφεύς. Apud S. Basilium Epist. 259. διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Ἑλληνίου ἐξισωτοῦ Ναζιανζόν. Et Epist. 263. τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Λεοντίῳ τῷ ἐξισωτῇ τῆς Νικαίας. Constantinus in Basilio num. 98. Edit. Combefisij ἀποστελλῶναι εἰς τὰ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπαντα τὰ θέματα τοὺς λεγομένους ἐπόπτας τούτους καὶ ἐξισωτὰς, &c. Novella 2. Manuëlis Comneni lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 153. ἀναγραφέων, ἢ ἐποπτῶν, ἢ ἐξισωτῶν. Vide Scylitzem, pag. 591. Joannes Cantacuzenus lib. 3. cap. 8. ὅπερ γάρ ἐστι τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ὁ Κριτὴς, τοῦτο τοῖς δημοσίοις δύναιτ' ἂν ὁ Ἐξισωτὴς, &c.

ΈΞΙΤΗΡΙΑ, *Quæ pro mercibus quæ exportantur penduntur*: *Ius exituræ*. Glossæ MSS. & Phavorinus: ἐξιτήρια καὶ ἐξαγγέλια, κατὰ Ῥωμαίους, τὰ ὑπὲρ τῆς ἐξόδου παρεχόμενα. Vide Gloss. med. Lat. in *Exitura*.

ΈΞΙΤΗΡΙΟΣ τόμος, seu παραίτησις τοῦ Ἐπισκόπου, *Renuntiatio* vel *Abdicatio Episcopi*, cujusmodi est *Tomus* ille quem descripsit Habertus in Archieratico, pag. 721. & Theodoro Critopulo Heracleensi Metropolitæ Græculo recentioris ævi adscribit. Apud Hesychium, ἐξιτήρια, ἡμέρα ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἀποτίθενται Ἀθήνησιν. Alia vide apud Suicerum in Thesauro Ecclesiastico.

ΈΞΚΟΥΒΙΤΩΡ, Ἐκσκουβίτωρ, *Excubitor*. Glossæ Basilic. Ἐξκουβίτωρες, οἱ παρεξόδων τοῦ Παλατίου ὑπάρχοντες φύλακες. Procopius lib. 2. Vandal. cap. 12. ὃς τῶν ἐξκουβιτώρων ἡγεῖτο, οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Theophylactus Simocatta lib. 3. Hist. Mauric. cap. 11. ἡγεμὼν δὲ οὗτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ Βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν Κόμητα τῶν Ἐξκουβιτόρων τῇ συνήθει φωνῇ τοῖς Ῥωμαίοις καλεῖν. Et lib. 7. cap. 15. τοὺς σωματοφύλακας ἀναλαβὼν, οὓς Ἐξκουβίτωρας Ῥωμαῖοι ἀναγορεύουσι. Occurrit passim, apud Evagrium lib. 4. cap. 2. in Chron. Alexandrino an. 10. Leonis M. an. 1. Justini, an. 7. Anastasij, apud Theophanem an. 16. Zenonis, an. 20. Justiniani, an. 20. Mauricij, Balsamon de Chartophylace pag. 462. & alios laudatos in V. Κόμης ἐξκουβιτόρων, & in Gloss. med. Lat.

Σκουβίτορες, in Glossis Basil. οἱονεὶ φύλακες ἄγρυπνοι, οὓς πρῶτον κατὰ Ῥωμύλου Τιβέριος Καῖσαρ ἐξεῦρε.

Ἐξκουβιτάτος, *Excubitor*, in Concilio Nicæno II. cap. 6. καὶ τοῦ λαοῦ τῶν ταγμάτων, Σχολαρίων, Ἐξκουβιταρίων τε καὶ τῶν λοιπῶν στρατευμάτων τῶν στρατευομένων ἐν τῇ βασιλίδι πόλει.

Ἐξκούβιτος, idem qui Ἐξκουβιτώρων τάγματος ἀρχὴν, διέπων, Leoni Grammatico in Leone Armenio, ubi de Michaële ejus Successore, qui nudè Ἐξκούβιτος dicitur in Vita S. Nicolai Studitæ, pag. 916. Μιχαὴλ γὰρ ὁ Ἐκσκούβιτος τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα δραξάμενος, &c. Symeon Logotheta in Leone Armenio, num. 7. Πατρίκιον καὶ ἐκσκούβιτον ἐποίησεν.

Ἐξκούβιτον, Ἐκσκούβιτον, Ἐσκούβιτον, (variè enim hæc vox scribitur) significátque interdum Cohortes Prætorias, seu *Excubitores* qui ad Palatium excubabant, interdum locum ipsum circa Palatium, ubi stationes agebant. Ac priori quidem notione usurpat Constantinus Porphyrog. lib. 1. Themat. 12. τὴν γὰρ ἐξάρχων τοῦ βασιλικοῦ τάγματος τῶν καλουμένων Ἐξκουβίτων. Anna Comnena lib. 4. pag. 109. ἐξῆρχε μὲν οὖν τοῦ τῶν Ἐξκουβίτων τάγματος. Atque is Κόμης τῶν Ἐξκουβίτων dictus, uti suo loco docuimus.

Ἐξκούβιτα, *Stationes militum Prætorianorum*. Rufus in legibus Militaribus §. 37. & Liber 49. Basilic. ὁ ἀφοσιωθεὶς εἰς παραφυλακὴν τοῦ Παλατίου, καὶ καταλιπὼν τὰς παρ' αὐτῶν ἀγρυπνίας, καὶ ἐσκούβιτα καὶ ἐσχάτως τιμωρεῖται. Continuator Theophanis lib. 3. n. 43. πλησίον δὲ τοῦ ἐσκουβίτου τῶν Πρασίνων. Acta S. Maximi Confess. ἐλθόντες δύο Μανδάτωρες μετὰ δέκα ἐκσκουβιτώρων, ἐπῆραν αὐτοὺς ἐκ τοῦ πλοίου γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους καὶ μερίσαντες αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἐφύλαξαν εἰς διάφορα ἐκσκούβιτα. Leo Grammaticus in Porphyrog. pag. 489. καὶ διὰ τῆς σιδηρᾶς πόρτας εἰσεληλυθὼς μέχρι τῶν ἐξκουβίτων παρεγένετο. Adde pag. 491. Zonaras in Alexio: οἱ Βάραγγοι τὴν ἐν τοῖς Ἐξκουβίτοις διειληφότες ὁδὸν, ἔνθα περ τούτοις ἡ κατοίκησις, &c. Vide quæ de his *Excubitis* adnotamus in Constantinopoli Christ. & in Glossario med. Lat. Vide Κόμης, & Πριμμικήριος τῶν ἐξκουβίτων.

ΈΞΚΟΥΛΚΑΤΩΡ, Ἐξκουλκεύειν. Vide in Κοῦλκα.

ΈΞΚΟΥΣΣΕΥΕΙΝ, *Excusare*. Glossæ Nomicæ MSS. ἐξκουσατεύεται, ἐκδικᾶται. Chronicon Alexandrinum an. 36. Theodosij Jun. προϊόντος τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου εἰς ἐκκλησίαν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων Θεοφανίων, συνέβη τὸν Μάγιστρον Παυλῖνον ἀῤῥωστῆσαι ἐκ τοῦ ποδὸς, καὶ μεῖναι ἀπρόϊτον, καὶ ἐξκουσατεῦσαι, &c. Theophylactus Bulgariæ Archiep. Epist. 41. ὅτι οὐδὲ πρότερον παρ' ἡμῶν ἐκερδαίνοντο, ἀλλ' ἓν ζευγάριον ἕκαστος ἐξκουσατεύοντες, τὰ ἐπέκεινα τούτων ἐπετέλουν τῷ δημοσίῳ. Michaël Attaliates Pragm. tit. 16. ἐξκουσατεύονται δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ Πρωτοσπαθάριος, καὶ οἱ τοῦ μείζονος ἀξιώματος. Utuntur præterea Leo in Tactic. cap. 8. §. 26. cap. 18. §. 1. Nov. 3. Constantini Porph. Joannes Antioch. Patr. de Charisticariis, pag. 177. & Jurisconsulti passim.

Ἐξκουσατεύειν, eâdem notione. Glossæ Basilic. ἐξκουσατεύει, παραιτεῖται. Liber 3. Basilic. tit. 1. cap. 52. ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἴδια κτήματα ἐκσκουσατευέσθωσαν τῶν συντελειῶν. Ita lib. 5. tit. 1. §. 6. lib. 7. tit. 2. §. 16. & alibi non semel. Vide tit. Nov. 43. Justiniani.

Ἐξκουσάτος, *Excusatus*, παρῃτημένος, in Gloss. Basilic. Justinian. Nov. 59. cap. 2. ἢ κομίζεσθαι προφάσει τῶν καλουμένων ἐξκουσάτων χρήματα ὑπὲρ πάντων, ἢ ὑπὲρ τινῶν ἐργαστηρίων.

Ἐξκουσεία, *Excusatio*. Constantinus Porphyrog. Nov. 9. pag. 229. Edit. Meursij: ὁ προελευσιμαῖοι καθυπερβρύοντες τοῖς κριταῖς μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν ἀπολαύουσι, φωσάτων τε ἐξκουσείας, καὶ πολέμων ἀπηλλαγμένοι, ἐχέτωσαν καὶ τὰ τῶν ἐκλαγιατικῶν. Theophylactus Bulgariæ Archiep. Epist. 41. ἔτι τῆς ἐκκλησίας τῶν ζώων ἐξκουσείαν ἀδρῶν τε καὶ λεπτῶν ἐχούσης ἐκ δωρεᾶς βασιλικῆς, οἱ ῥηθέντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐδεκατώθησαν, &c. Novella 2. Manuëlis Comneni in lib. 2. Juris Græco-Rom. καὶ ἐξκουσεία πλοίων χωρήσεως χιλιάδων τριάκοντα.

ΈΞΟΔΟΣ, *Sumptus*, *Expensa*, *Reditus*. Glossæ Veteres: ἔξοδος, ἀνάλωμα, *Erogatio*, *Expensus*. Ita etiam Hesychius. S. Maximus Serm. 13. pag. 575. εἰπόντος αὐτῷ τινὸς τῶν δοκούντων εὐνοεῖν, ὅτι δύνανται αἱ πόλεις σου πλεῖον παρέχειν ἐξόδους, &c. Codinus in Orig.

Orig. Constantinop. τὴν δὲ ἔξοδον κατεῖχε Στεφάνιος ὁ ἀδελφοποιητὸς τοῦ Βασιλέως, ὁ καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων. Rursum: εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα καὶ τὴν σωλέαν ἐγένετο ἔξοδος χρόνου παντὸς τῆς Αἰγύπτου κεντηνάρια τξε. Adde Interpretem Gr. Concilij Lateranensis Can. 11. 23. Jus Græco-Rom. p. 438. &c. πολυέξοδος περὶ τὰς σχολὰς, apud Proclum in Plotino pag. 96. Ἀνέξοδος, *Pauper*, apud S. Athanasium. Vide Gloss. med. Lat. in *Exitus*.

Ἐξοδιάζειν, & Ἐξοδιᾶν, *Expendere*, *Profundere*, in Bibliis non semel. Nicetas in Manuële lib. 2. n. 8. ex Cod. Barbarogr. ἔγγυς γὰρ τοῦ κεντηνάρια τριακοσίων χρυσίου ἐξοδιάσε χρήματα. Idem in Alexio Ang. lib. 1. c. 7. ex eodem Cod. Barbarogr. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐνέδωκε, καὶ τὴν ἅπασαν οὗτος ἔξοδον τοῦ ἀποκρισιαρίου ἐκ τοῦ οἰκείου ἐξωδίασε πράγματος. Sguropulus in Hist. Concilij Florentini sect. 5. cap. 11. ἐπανηρχόμην εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκ τῆς Πελοποννήσου· ἐξωδίασα δ' ἐκεῖσε καὶ τὰ ἐναπολειφθέντα, καὶ οὐκ ἔχω οὐκ ἔτι. Adde sect. 2. cap. 13. Codinus in Orig. Constantinop. ἐξοδιάσησαν χρυσίου κεντηνάρια υνβ.

Ξοδιάζειν, truncatè. Historia Apollonij Tyrij:

Ἤκοσι πέντε σὸ ἄλλο ὕστερα τὰ ξοδιάζουν.

Ἐξοδιαστὴς, *Dispensator*, Ἀναλωτὴς, in Corona pretiosa. Laonicus lib. 9. p. 247. ἔχων καὶ τὸν Μαυροκώνσταν λεγόμενον ζῶντα, Κελιοτὴν ὄντα καὶ Ἐξοδιαστὴν τοῦ Βασιλέως, &c.

Κακεξοδιαστὴς, *Prodigus*, Ἄσωτος; in eadem Corona pretiosa.

Πολύξοδος, *Sumptuosus*, *Multi pretij*. Emmanuël Georgillas de Mortalit. Rhodi, MS.

Πολύξοδα, πολύτιμα, ἀμὲ ἐμένα πάθη.

Ἔ Ξ Ο Δ Ο Σ, *Mors*, seu *Animæ exitus*, apud Symeonem Logothetam in Michaële Theophili F. Vita Sanct. Hesychij Thaumaturgi num. 5. τὰ ἐξόδια προεφθέγξατο ῥήματα, quæ proferuntur in exitu animæ.

Ἔξοδος, *Exequiæ*, *Pompa funebris*. Anonymus Combefisianus in Constantino Porphyrog. n. 52. Παρελθοῦσι ἄραντες τὸν Ἀνακτα, ἐξήγαγον ἀπὸ Βασιλικῶν δόμων ἐπὶ τὴν λεωφόρον, καὶ πρὸς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἔφερον, τῆς Συγκλήτου πάσης προπεμπούσης, καὶ ᾄσμασι προπομποῖοις τὴν ἔξοδον μεγαλυνούσης.

Ἐξόδιον, eâdem notione. Glossæ Gr. Lat. ἐξόδιον, *Exequiæ*. Ita rectè emendant Viri Docti, pro *Equies*. Joan. Moschus, cap. 77. καὶ θεωρῶ νεκρὸν ἐξοδιζόμενον καλῶς φορέντα· ἀκολουθῶ οὖν ὀπίσω τοῦ ἐξοδίου, ἵνα θεωρήσω τοῦ μέλλουσιν αὐτὸν θάπτειν. Paralipomena de S. Pachomio num. 5. ἦσαν δὲ πάντες οἱ ἀδελφοὶ τῆς μονῆς ἐκείνης ἀκολουθοῦντες τῷ ἐξοδίῳ, καὶ ψάλλοντες. Vita MS. S. Danielis Stylitæ: διάδοχοι ἐξ ἑκατέρων τοῦ στύρακος περιέστησε τῷ χερσὶ λαμπάδας κατέχοντας, καὶ ᾄδοντας τὰ ἐξόδια, καὶ οὕτω τὸν νεκρὸν, ἐκεῖνο κατενέγκουσα, &c. Epiphanius Hagiopolita de Locis Sanctis pag. 50. κάτωθεν δὲ τοῦ οἴκου ἐστὶ τετρακιόνιν, ἐν ᾧ ὑπελώθησεν ἡ ἁγία Ἑλένη τὸ ἐξόδιον τῆς κόρης, &c. Nicephorus qui & Nathanael Chumnus Opusc. 20. MS. γέμουσι καὶ ναοὶ οὐκ ἐξοδίων μόνον καὶ ἐπιταφίων ᾀσμάτων, ἀλλά τι καὶ θερμῶς ὀλολυζόντων, καὶ γοερὰς ἀφιέντων φωνάς. In Pompis porrò funebribus Mortui cadaver præcessisse agnatos colligimus ex Philostorgio lib. 6. c. 6. & aliquot aliis, ab Henrico Valesio notatis ad lib. 29. Ammiani pag. 387. 1. Edit. De voce ἐξόδιον, vide Salmasium ad Vopiscum p. 384. & eundem Valesium ad lib. 28. Ammiani.

Ἐξοδιάζειν, *Funus deducere*, in loco Moschi laudato. Emmanuël Georgillas de Mortalitate Rhodi, MS.

Σαβαρωμένοι, καὶ καλὰ ψαλμοὶ ἐξοδιασμένοι.

Ἐξοδιαστικὸν, *Exequiæ*. Ἀκολουθία τοῦ ἐξοδιαστικοῦ, in Euchologio p. 525. Ἀκολουθία τοῦ ἐξοδιαστικοῦ τῶν μοναχῶν pag. 556.

Ἐ Ξ Ώ Κ Α Ρ Π Ο Σ. Vide in Καρπόχειρ.

Ἐ Ξ Ο Μ Ο Λ Ό Γ Η Σ Ι Σ, *Confessio Sacramentalis*. Glossæ MSS. ἐξομολόγησις, ἡ τῶν πεπονθότων, μετ' εὐχαριστίας τῶν θείων εὐεργεσιῶν ἀπαρίθμησις, καὶ ἡ τῶν κακῶς πεπραγμένων παρὰ τῶν ὑπαιτίων ἐξαγόρευσις· ἀμφότερα γὰρ ταπεινώσεως ὑπάρχει ποιητικά.

Ἐξομολογήσεως ψαλμὸς, apud S. Basilium Epist. 63. fortè Psalmus 9. aut 110. Davidicus, qui ab his verbis initium ducit à voce Ἐξομολογήσομαί σοι.

Ἐ Ξ Ο Μ Π Λ Ί Α Σ Μ Α. Vide in ξομπλίασμα.

Ἐ Ξ Ο Π Λ Ι Σ Μ Ὸ Σ, *Instructum*, *Instrumentum rusticum*, in Basilicis lib. 20. tit. 1. c. 3.

Ἐ Ξ Ο Ρ Ί Α, *Relegatio*. Ἐξωρισθεὶς, *Relegatus*. In Basilic. Δεπορτάτος, Ἐξόριστος, in Gloss. Glossæ Gr. Lat. Ἐξορία, *Hoc exilium*. Ἐξορισμὸς, Ἐξορία ἐν νήσῳ, *Deportatio*. Ἐξοριστὸς, *Extorris*, *Exul*, *Relegatus*.

Ἐξορίας τοῦ Ἀδὰμ memoria, celebratur in Ecclesia Græcanica, Dominicâ τῆς Τυροφάγου. Triodium instituti rationem reddit in Synaxario. Adde Christophorum Angelum de Hodierno Græcorum Statu cap. 11.

Ἐ Ξ Ο Ρ Κ Ι Σ Τ Ὴ Σ, *Exorcista*, Gradus Ecclesiasticus: vox passim obvia. Gregorius Nazianzenus in Definit.

Ἐξόρκησιν δὲ δαιμόνων ἐξαίρεσιν.

Ἐπιορκιστὴς, eâdem notione, apud Clementem lib. 8. Constit. Apostol. cap. 26. & in Concilio Laodiceno cap. 24. qui Ἐφορκιστὴς in Antiocheno Can. 10. Eusebius de Martyribus Palæstinæ cap. 2. Διάκονός τε καὶ ἐπορκιστὴς τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας. Adde eundem in Hist. Eccl. lib. 6. cap. 42. Ἐπορκίζειν, *Exorcizare*, in eodem Concilio Laodiceno Can. 26. Concilium Constantinop. sub Mena Act. 5. ἐν τῷ φωτιστηρίῳ ὄντες εἰς κατήχησιν τῶν νεοφώτιστων —— ἐπιορκιζόντων αὐτοὺς τῶν Διακόνων, &c. Ita Ἐπορκισμὸς apud Cyrillum in Procatechesi ad illuminandos. Vide Gloss. med. Lat. in *Exorcizare*.

Ἐ Ξ Ο Υ Κ Ό Ν Τ Ι Ο Ι, dicti *Ariani*, quòd *Christum*, ἐξ οὐκ ὄντων *esse dicerent*. S. Athanasius de Synodo Arimin. pag. 907. διὰ γοῦν τὴν πολλὴν ἀναίδειαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν Ἀνόμοιοι παρὰ πᾶσιν ἐκλήθησαν, —— ἔχοντες καὶ τὴν Ἐξουκοντίων ἐπωνυμίαν. Ab Athanasio hausit Socrates lib. 2. Hist. c. 45. διόπερ μετὰ τοῦ ἔχειν τὴν Ἀρειανῶν προσωνυμίαν, ἔτι καὶ Ἀνόμοιοι καὶ Ἐξουκόντιοι ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ φρονούντων τὸ ὁμοούσιον. Fides apud Nicæam conscripta, in fragment. S. Hilarij pag. 31. *Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, &, Quia ex nullis extantibus factus est, quod Græci Exuconton dicunt*, &c. Et pag. 35. *Anathema autem in eos qui ex nihilo factum dicunt, quod Exucuton Græci dicunt.* Vide Nicetam lib. 4. Thes. Orthod. Fid. cap. 22. Alexander Alexandriæ Patr. in Epist. ad Alexandrum Patr. Constantinop. apud Theodoritum lib. 1. cap. 4. ὧν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύγα ἐρροφηκότες, νῦν ἡμῖν οἱ Ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν. Epistola Arij, apud eundem Theodoritum cap. 5. διωκόμεθα, ὅτι εἴπαμεν, ἀρχὴν ἔχει ὁ υἱός, — ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐστί. Adde S. Cyrillum Catech. 11.

Ἐ Ξ Ο Υ Σ Ι Α Ζ Ό Μ Ε Ν Α, *Mancipia*, in Glossis Basilic. alibi: Μαγκίπιον, ὑποχείριον, ὑποτελασμένον, ὑπεξούσιον.

Ἐ Ξ Ο Υ Σ Ί Α Ι, *Potestates*, *Proceres*, *Summi Magistratus*. Glossæ Gr. Lat. Ἐξουσία, *Majestas*, *Di*-

 tio-

tio, potestas. Concilium Constantinopolit. sub Mena Act. 5. καὶ ὑπὲρ σωτηρίας, νίκης, καὶ διαμονῆς τοῦ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως, — καὶ τῶν μειζόνων ἐξουσιῶν. Occurrunt eadem verba infrà pag. 233. Edit. Labbei. Οἱ ἐν ἐξουσίαις, οἱ ἐν δυναστείαις, apud Joan. Moschum in Limon. cap. 79. τῆς πόλεως ἐξουσίαι, πολιτικαὶ ἐξουσίαι, & Ἄρχοντες, ἐπ' ἐξουσίας, apud Eusebium lib. 1. de Vita Constantini cap. 1. & 16. S. Athanasius in Epist. ad Solitarios: ὁ μὲν στρατηλάτης Σεβαστιανὸς ἔγραψε τοῖς κατὰ τόπον πραιποσίτοις, καὶ στρατιωτικαῖς ἐξουσίαις. Martyrium MS. S. Procopij: καὶ ἐξουσίαι μοι παρεκέλευον, &c. εἰς ὀφίκιον τῆς ἐξουσίας προπορεύειν, apud Zachariam Pap. lib. 3. Dialog. cap. 7. Vide Gloss. med. Lat. in *Potestas.*

ἘΞΟΥΣΙΟΚΡΆΤΩΡ, Ἐξουσιαστής, ita appellatus à Græcis *Abasgiæ & Alaniæ Princeps*: Constantinus Porphyr. de Adm. Imp. cap. 10. ὁμοίως καὶ ὁ Ἐξουσιοκράτωρ Ἀλανίας. Sic cap. 11. qui Nicephoro Bryennio lib. 2. cap. 1. Ἀλανίας ἐξουσιάζων appellatur, Ἐξουσιαστὴς Ἀβασγίας, apud eundem Constantinum, cap. 45. 46. Nam idem Alaniæ & Abasgiæ imperavit. Hinc

Ἐξουσιοκράτωρ, Dignitas Palatina, quâ nomenclaturâ *Alanorum fœderatorum, qui Byzantinis Augustis merebant, Dux* donabatur. Anna Comnena lib. 13. Alexiad. pag. 393. ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ἠττωμένους ἀπάρτι τούτους ὁρῶν, τὸν Ἐξουσιοκράτορα Ρωμίσκην τὸ δεξιὸν ἐπέχοντα κέρας μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν. Ἀλανοὶ δὲ ἦσαν καὶ ἄνδρες μαχιμώτατοι. Vide Notas nostras ad hunc locum.

ἘΠΊΚΛΗΣΙΣ, Ἐπίκλησις Θεοῦ, *Invocatio,* in Gloss. Gr. Lat. Vox Liturgica, in Ordinationibus præsertim, *Unius scilicet personæ Sanctæ Trinitatis invocatio.* Euchologium ubi de Ordinatione Lectoris, pag.233. Καὶ κείρεται παρ' αὐτοῦ σταυροειδῶς, λέγοντος, Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπιφωνούντων καθ' ἑκάστην ἐπίκλησιν τῶν συμπαρόντων τὸ, Ἀμήν. Ita pag. 240. & apud Morinum de Sacris Ordinat. pag. 83. Ἐπίκλησις μετὰ τὴν μετάληψιν, apud Clementem lib.8. Constitut.Apostol. cap. 15. Ἐπίκλησις χειροτονίας Διακόνου, c.18.20. S.Cyrillus in Catechesi 3. ad Neophytos: ὥσπερ γὰρ καὶ ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἔτι ἄρτος λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, &c. Similia habent Theodoritus Dial. 2. & Nilus Monach. lib. 1. Epist. 44. Historia MS. Miraculi S. Michaëlis in Chonis: ἐπιωθάνοντο τῆς παρόντων ἥτις αὐτοῖς κατὰ τῆς ὕδατος ἐπίκλησις, καὶ τίποτε ἄρα που τοῦτ' ἐστὶν ὅπερ ἐπαγόντες ἠρέμα τῷ ὕδατι. Infrà: θερμότερον ἔχρη τῇ ἐπικλήσει καὶ Θεὸν ἐκάλει κατὰ τῆς πάθους προσώποις περισὶ γνωριζόμενον. Theostericτus in Vita S. Nicetæ Confess. n.24. παρεκαλοῦμεν δὲ αὐτὸν πᾶσα ἡ ἀδελφότης τὴν χειροτονίαν ἀναλαβεῖν τῆς ἡγουμενίας, ἅμα καὶ τὴν ἐπίκλησιν. Concilium Constantinopolit. sub Mena, Act. 5. σιωπῶμεν τὰς ἀπὸ νεκρᾶς χειρὸς ἐπιθέσεις τοῦ βδελυκτοῦ καὶ ψευδοῦς αὐτῶν Ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ζῶντος ἐπὶ τοῖς χειροτονουμένοις ῥήματα ἐπικλήσεως προϊεμένους, οὐκ ἐκ θείας χάριτος, ἀλλ' ἐκ κοιλίας κενολογοῦντας, καὶ ἀπὸ γῆς φθεγγομένους. Cedrenus an.23.Constantij,de Petro Cnaphæo Antiochiæ Episc. Πρῶτον ἐπενόησε τὸ μύρον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὑδάτων τοῖς ἁγίοις ἐπιφανίοις ἐπίκλησιν ἐν ἑσπέρα γίνεσθαι, καὶ τὴν θεοτόκον ὀνομάζεσθαι. Marcus Ephesi Archiepiscopus de Sacra Liturgia: ἡ οὖν γε τυχὸν ἐκ τούτου καὶ τὸ βάπτισμα ὑποπτεύσειας, δι' εὐχῶν ὁμοίως, καὶ ἐπικλήσεων τελουμένων, &c. In Nov.72. Leonis Imp. τῆς θεαρχικῆς Τελάδος αἱ κλήσεις. Ἐπίκλησις παντοδυνάμου Θεοῦ, in Basilic. to.1. pag.801. Ἐπίκλησις εὐχῆς, apud Ignatium Diac. in Vita S.N cephori Patr. Constantinopol. n.33. Contrà, Ἐπικλήσεις δαιμόνων, apud Theophanem an.20. Leonis Isauri, & an. 35. Copronymi. χάριτι τῶν γοητικῶν ἐπικλήσεων, in Concilio Calchedon. Act.10. Glossæ MSS. Μαγεία, ἐπίκλησις τῶν δαιμόνων.

ἘΠΙΚΑΙΝΙΑΙ. Vide in Βράσαι.

ἘΠΊΚΛΙΟΝ, *Cognomen.* Manuël Malaxus Nauplius in Canon.cap. 306. καὶ ἱερεῖς τίμιοι καὶ θεοσεβεῖς, Μακρὶς τούτων τὸ ἐπίκλιον, καὶ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἡ θεοφύλακτος νῆσος Ζακυνθου.

ἘΠΊΚΛΙΣΙΣ, & Ἀνάκλισις, voces usurpatæ in *Metanoeis* majoribus, cùm scilicet Monachus toto corpore, sine tamen genuum flexione, se fere ad terram usque antrorsum inclinat, & rursum sese erigit. Ἐπίκλισις ἱερά, apud Naucratium in Encyclica de Obitu S.Theodori Studitæ pag.88. Marcus Hieromonachus de dubiis Typic.cap.96. ἔνθεν καὶ σύνηθες ἔχων βάλλειν αὐτὸν τὴν μετάνοιαν, εἰσδέχεται γὰρ τῆς ἐναρχθέντων τῆς ἐκπληρώσιν, καὶ οὕτως κοινῶς ἐκτελοῦσι τὴν μετάνοιαν, πρὸς τὸ μὴ συχνοτέρως ποιεῖσθαι τοὺς ἐν τοῖς χοροῖς τὰς ἐπικλίσεις καὶ ἀνακλίσεις. Id *Antè & retrò* vocant Monachi Occidentales. Udalricus lib.3. consuetud.Cluniac.cap.2. *Quilibet novitius est instruendus, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato, ut quibusdam negligentibus est familiare; sed ita ut dorsum sit submissius quàm lumbi, & caput submissius quàm dorsum: quam inclinationem nos per usum Antè & retrò appellamus, quia incipit contra Orientem, & finit contra Occidentem.* Hinc formula frequens apud eundem, & Bernardum Monachum in Consuetud. MSS. ejusdem Monasterij, *Facere antè & retrò,* vel *Fact antè & retrò,* nudè. Quò videntur referenda ista ex S.Eadmero in lib.de Similitud.S.Anselmi cap.90.ubi Monachum denario comparat: *illius autem moneta, habitus est monachalis, atque tonsura, antè & retrò, & his consimilia. Sicut enim denarius à moneta dignoscitur, cujus sit Regionis, sic ab istis Monachus cujus sit Ordinis. Is autem Monachus qui adeo est Senex ut antè & retrò jam nequeat inclinare, denario illi est similis, cujus monetam temporis antiquitas jam delevit.*

ἘΠΊΚΛΥΣΙΣ, *Immersio in Fontem Baptismatis.* Germanus Patr.Constantinop.in Mystagog. διὰ γὰρ τῆς ἐν τῷ ὕδατι καταδύσεώς τε καὶ ἀναδύσεως, τριπλῆς τε ἐπικλύσεως, τὴν τριήμερον ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐξεικονίζομεν, &c.

ἘΠΙΚΌΜΒΙΑ. Vide in Κόμβος.

ἘΠΙΚΌΡΜΙΟΝ. Vide in Κόρμι.

ἘΠΙΚΟΥΡΊΣ, dicitur *Tonsura Clericorum,* ut ἀπόκαρσις, *Monachorum.* Balsamon ad Photij Nomocan. tit.1. c.31. & in Can.33. Synodi Trullanæ: σημειώσαι ὅτι ἅμα δέξασθαί τινα σφραγίδα ἐπικουρίδος ἀπὸ χειρὸς ἀρχιερατικῆς, Κληρικὸν ἔχει τοῦτον ἔχει ὁ κανών.

ἘΠΙΚΟΥΤΖΟΥΛΟΝ. Vide in Κουτζοῦλον.

ἘΠΙΛΗΨΙ'ΜΩΣ, *Vitiosè*, in Basilicis. Ἐπὶ λήμμαλι διεφθαρμένη μαρτυρία, *Testimonium per sordes dictum*, apud Harmenop. lib. 1. tit. 6. §. 35.

ἘΠΙΛΟ'ΧΙΑ τῆ Θεοτόκε, *Decubitus Deiparæ Puerperæ*, Festum Græcis notum, ut & Theatinis Italicis: *Les Couches de N. D.* Ἐπιλόχια τῇ παναγίᾳ Θεοτόκῳ ἐπιτελεῖν, apud Arsenium in Synopsi Canonum pag. 754.

ἘΠΙΛΩ'ΡΙΚΟΝ. Vide in Λωρίκη.

ἘΠΙ'ΜΑΛΟΣ, Vermiculi genus in Euchologio pag. 697. in Orat. pro Hortis, vineis & agris: βρέχος, ἀκρίς, ἐπίμαλος, καλιγάρις, μακρόπες, μύρμηξ. Nisi legendum sit ἀκρὶς ἐπίμαλος, *Locusta villosa*. Vide Μαλλ.

ἘΠΙΜΑ'ΝΙΚΟΝ. Vide in Μανίκιον.

ἘΠΙΜΕΛΙ'ΔΑ, λέγεται μέσπιλον. Ita Glossæ Jatricæ Græcobarb. MSS. *Mespilus*, *Epimelis*.

ἘΠΙΜΙΜΝΗ'ΣΚΩΝ. Vide in Ὑπομιμνήσκων.

ἘΠΙΜΟ'ΔΙΟΝ. Biton in Mechanicis: Χρήσιμον δέ ἐστι καὶ φυτεύειν ἐν τῇ πόλει, καὶ κύκλῳ περὶ τὸ τεῖχος, ἵνα κατασκευασμένε τῦ ἐπιμοδίε φαρμάκε μηδὲν ὑμῶν πάσχωσιν οἱ πολῖται.

ἘΠΙΝΕ'ΜΗΣΙΣ, *Indictio*, in Gloss. Gr. Lat. *Tributum*. Justinianus in Nov. 149. cap. 2. τὸ ὁμοιόν τε τρόπον, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τὰς λαβόντας τῶν ἡμετέρων συντελῶν χρυσίον, ἢ ἕτερόν τι ἐκ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐπινεμήσεων. Vide Gloss. med. Lat. in *Indictio*.

Ἐπινέμησις, *Indictio quindecim annis constans*. S. Maximus in Computo c. 33. τὴν ἐπινέμησιν, ἣν ἰνδικτιῶνα οἱ Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι. Computus Græcus editus à Petavio: ἡ ἰνδικτος, ἥτις καὶ ἰνδικτιών, καὶ ἐπινέμησις λέγεται, &c. Alter ex Cod. Reg. 1024. ἰσέον ὅτι ἡ ἴνδικτος, ἥτις καλεῖται καὶ Ἐπινέμησις ἄρχεται, ἀεὶ ἀπὸ τῆ πρώτης τῆ σεπτεβρίε μηνός. Glossæ MSS. ἐπινέμησις, ὁ τῆ χρόνε μερισμός. Evagrius lib. 4. cap. 29. ἐν ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων τῶν καλεμένων ἐπινεμήσεων. Chronicon Alexandrinum an. 6. Heraclij: πάλιν τὰς τῆς ιθ΄ ἐτηρίδος ζητῦντες ἐπινεμήσεις, εὑρίσκομεν, &c. an. 1. Heraclij: καὶ ἀπὸ ιδ΄ καὶ αὐτῆ τῆ αὐτῆ μηνὸς ἐγράφη εἰς τὸ ἑξῆς χρόνον τῆ μέχρι δηλονότι Δεκεμβρίε πληρεμένε τῆ ιε. ἐπινεμήσεως καὶ ὑπατείας τῆ αὐτῆ εὐσεβεστάτε ἡμῶν δεσπότε. Vide Nov. Justin. 21. cap. 2. &c. Occurrit passim.

Νέμησις, pro Ἐπινέμησις, *Indictio*. Occurrit in Chronico Veneto-Byzant. an. 1443.

ἘΠΙΝΙ'ΚΙΑ, *Epistolæ victoriæ nuntium ferentes*. S. Athanasius in Epist. ad Solitarios pag. 819. ἄλλῃ προφάσει χρησάμενοι, ὡς βασιλέα αὐτοῖς ἐπινίκια κατὰ Περσῶν γράψαντος, ἐπεχείρησαν φεύγειν. Hieronymus Dalmata in Hist. MS. Sanctorum Ægypti, pag. 159. & ex eo Palladius in Hist. Lausiaca cap. 46. εἰπὼν ἡμῖν καὶ προφήτειαν, ὅτι σήμερον τὰ ἐπινίκια τῆ εὐσεβῦς βασιλέως Θεοδοσίε εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσεληλύθασιν κατὰ τῆ τῆ τυράννε Εὐγενίε ἀναιρέσεως. Vide Zonaram tom. 1. pag. 5. tom. 2. pag. 28. 29. 31. 41. 1. Edit. ubi ἐπινίκια & νικητήρια πέμπειν, pro triumphare usurpat.

ἘΠΙΞΕΝΟΥ'ΜΕΝΟΣ ἐπίσκοπος, *Interventor*. Codex Canon. Ecclesiæ Afric. cap. 74. in titulo: περὶ τῆ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενέμενον καθέζεσθαι ἐν τῇ καθέδρᾳ ἐπιξενῦνται. In ipso verò contextu μεσίτης appellatur. Vide Gloss. med. Lat. in V. *Interventor*.

ἘΠΙ'ΟΥΡΟΣ, *Epiurus*, *Subscus*. Glossæ Gr. Lat. γόμφος, ἐπίερος, *Compages*. Alibi: ἐπίερος, *Compages*. Hesychius: ἐπίεροι, ἐπίσκοποι, καὶ ἧλοι ξύλινοι. Etymolog. Βλῆτρον, σημαίνει τὰς κατὰ ἁρμονίαν γόμφες, τὰς ἐπιέρες. Sic leg. pro πιέρες. Palladius in Hist Bragmanum MS. ἔστι δὲ ἰδικῶς τὰ διαπερῶντα πλοῖα εἰς ἐκείνην τῆ μεγάλην νῆσον ἄνευ σιδήρε, ἐπιέροις ξυλίνοις κατεσκευασμένα. Sotion lib. 10. Geopon. ἐκ ἀποῤῥίπτει τῆ καρπὸν τὰ φυτά, ἐὰν τῆ ῥίζαν περιορύξας καὶ τρυπήσας κρανένης ἐπίερον ἐμβάλλεις, καὶ γῆν ἐπισωρεύσης. *Epiurus*: apud Palladium lib. 11. cap. 8. & S. Augustin lib. 5. de Civit. Dei.

ἘΠΙ'ΠΑΠΠΟΣ, *Abavus*, Polluci, & in Novella Basilij Porphyrogeniti de Struendis Ecclesiis.

ἘΞ ἘΠΙΠΕ'ΔΟΥ, *De Plano*, Ἐξ ἐπιπολῆς, *De Plano*, in Gloss. Gr. Lat. Vide Χαμαιδικαστής.

ἜΠΙΠΛΑ, Græcis Scriptoribus quamvis *Supellectilem* significat: recentioribus verò, κυρίως ita appellantur ἱμάτια τὰ ἐπὶ τοῖς ναοῖς ἐξυφασμένα βλαττία, ut est in Lexico MS. Cyrilli, seu *Aulæa in domorum vel ædium sacrarum parietibus expansa*. Atque eâ notione habet Nicetas in Manuële lib. 3. num. 2. & alibi non semel. Ἔπιπλον pro velo quo conteguntur *Sacra dona* usurpat Symeon Thessalon. καὶ οἱ ἐπὶ τῆ κεφαλῆς τὸ ἱερὸν κατέχοντες ἔπιπλον, &c. In Magno Sacræ Liturgiæ introitu. Vide quæ de hac voce commentatur Salmasius de Modo usurarum pag. 84.

ἘΠΙΠΟΜΠΗ', *Dæmonum Immissio*, Joanni Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 17. Versus Botanici post Dioscoridem Editionis Aldinæ in Rhamno:

Πρὸς δὲ πόνον κεφαλῆς, καὶ δαίμονας, ἠδ' ἐπιπομπάς.

Similia in Pæonia. Infrà: in Polio:

Οἱ δὲ σεληνιασμὸν σωματικὴν δ' ἐπιπομπήν.

Occurrit præterea apud Interpolatorem ejusdem Dioscoridis, pag. 223. καὶ ὠφελεῖ πρὸς φάρμακα, καὶ βασκοσύνας, καὶ φόβες, καὶ δαίμονας, καὶ ἐπιπομπάς.

ἘΠΙ'ΠΤΕΡΟΝ, *Viperalis*, *Lens Palustris*, apud Interpolat. Dioscor. c. 670.

ἘΠΙΡΡΙΠΤΑ'ΡΙΟΝ, *Vestis quæ humeris injicitur*: seu Calyptræ species quæ caput & humeros tegit, cujusmodi est Canonicorum Regularium *Froccus* Hyemali tempore. Joannes Moschus in Limonar. cap. 92. ex Edit. Coteleriana: μοναχός τις πάνυ ἀσκητής, φορῶν ἀπὸ σειρᾶς κολόβιον, καὶ μικρὸν εἰς τὰς ὤμες αὐτῆ ἐπιῤῥιπτάριον ἀπὸ ψιαθίε. Vita MS. S. Pauli Latrensis: ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ κατάθεσις τῆ τιμίε γέγονε σώματος ἐν αὐτῇ δήπε τῇ νεωςὶ κατασκευασθείσῃ θήκῃ, ὁ χρηςὸς Δημήτριος τὸ συνήθως ὅτω κεκλημένον ἐπιῤῥιπτάριον ἔχων καινόν, δῶρον ἑνὸς τῶν ἐπιφανεστέρων γνωμένον, ὑφαπλοῖ τῦτο τῆ μιᾶς ἄνωθεν ὄψεως, ἄχρι γῦν καὶ τῶν ποδῶν καθιχνέμενον. Leo Grammaticus in Porphyrogenito, p. 490. εὐχὴν ἦν ὁ Πατριάρχης ποιήσας, ἀντὶ στέμματος, τῆ ἑαυτῆ ἐπιῤῥιπτάριον τῇ ἑαυτῆ ἐπέθηκεν κεφαλῇ. Scylitzes pag. 611. in eodem Constantino: τῆ Συμεὼν ἀποκλίναντος τῷ Πατριάρχῃ τὴν κεφαλήν, καὶ εὐχὴν δεξαμένε παρ' αὐτῆ, ἐπιτιθέντος, ὥς φασι, τῇ βαρβάρε κεφαλῇ ἀντὶ στεφάνε τὸ ἴδιον ἐπιῤῥιπτάριον, &c. Codinus de Offic. Aulæ Constantinopolit. cap. 6. num. 3. οἱ δ' ἀναγνῶσαι μέλλοντες τῆ τρικλίνε κατὰ πρόσωπον τῆ Βασιλέως μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιῤῥιπταρίων αὐτῶν φορῦντες καὶ καμίσια ἐπάνω τῶν ἱματίων. Num. verò seq. Κανονάρχαι μετὰ ἱματίων μόνον καὶ ἀσκεπεῖς, Liturgiæ interesse dicuntur. Et cap. 7. num. 23. ἔπειτα εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται μετὰ τῶν ἐπιῤῥιπταρίων καὶ καμίσιων αὐτῶν, καὶ ψάλλεσιν ἰδιόμελον τῆ ἑορτῆ. Adde cap. 20. n. 16.

ἘΠΙΡΡΙ'ΠΤΕΙΝ ἑαυτὸν, *Immiscere se rei alicui*, apud Modestinum lib. 1. in l. 21. §. 6. D. de Tutorib. & Curat.

ἘΠΙΣΕΛΛΙΟΝ. Vide in Σέλλα.

ἘΠΙΣΚΕΠΤΙ'ΤΑΙ, *Visitatores*, apud Interpretem Græc. Concilij Lateran. Can. 11.

ἘΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ, *Episcopus*, *qui Ecclesiæ & Parochiæ præest*. Passim.

Ἐπίσκοπος σχολάζων, *Episcopus vacans*, *sine Civitate*.

vitate. Concilium Ephesinum Act.4. de quibusdam Episcopis: ὧν οἱ μὲν εἰσι πάλαι καθῃρημένοι, οἱ δὲ οὐδὲ πόλεις ἔχουσιν, ἀλλ' εἰσὶν ὀνόματι μόνῳ ἐπίσκοποι. Et Act. 5. καὶ συλλέξας ὥσπερ κολλήγιον ἑαυτῷ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν, ἀνθρώπων ἐπισκόπων ἐχόντων ὄνομα, ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπόλιδες, σχολάζοντες δὲ, καὶ μὴ ἐκκλησίας ἔχοντες, &c. Apud Sozomenum lib. 6. cap.34. legimus Barsem & Eulogium Monachos Edessenos Episcopos creatos: non alicujus Urbis, sed honoris duntaxat causâ, tanquam ad recompensanda ipsorum præclara facinora, ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις Ordinatos: quod longè postea videtur factitatum, ut colligere licet ex iis quæ annotavimus in Gloss. med. Lat. in *Episcopus vacans*.

Συνεπίσκοπος, *Coëpiscopus*. Capreolus in Epist. ad Synodum Ephesinam: τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης ἀδελφοῦ ἡμετέρου καὶ συνεπισκόπου Αὐγουστίνου τὴν παρουσίαν ἰδικῶς ἀπῄτει.

Ἐπισκοπεῖν, *Episcopatu fungi*. Theophanes an. 10. Justiniani: τούτῳ τῷ ἔτει Ἐπιφάνιος Ἐπισκόπου τελευτήσαντος μηνὶ Ἰουνίῳ ε. ἰνδ. ιέ. ἐπισκοπήσαντος ἔτη ιϛ'. &c. Zonaras in Commodo: ἐν δὲ τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ μετὰ Μαξιμῖνον Σαραπίων ἐπεσκόπει τοὺς Χριστωνύμους. Vide Epist. S.Ignatij ad Roman.n.9.

Ἐπισκοπεῖον, *Episcopatus*, *Episcopalis Dignitas*, apud Constantin. Porph. in Nov. περὶ δυνατῶν, &c.

Ἐπισκοπεῖον, *Ædes sacra Episcopalis*: ἐπισκοπικὸς οἶκος, Sozomeno lib.8.cap.21.22. Concilium Ephesinum Act. 1. εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον ἀνελθόντες ἡμέρᾳ κυριακῇ, συνάξεως ἐπιτελουμένης, παρόντος παντὸς κλήρου, καὶ τῶν ἰλλουστρίων σχεδὸν πάντων, ταῦτα ἀποδεδώκαμεν Νεστορίῳ τὰ γράμματα. Ubi Interpres perperam *Palatium Episcopale* vertit. Et Concilium Constantinop. sub Flaviano Act. 7. ἀπελθόντες οἱ προειρημένοι διάκονοι, ἐπεζήτησαν τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ Ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ περὶ τὸ ἐπισκοπεῖον, εἴγε κατὰ τὰς ἰδίας ὑποσχέσεις ἀπήντησε, &c. Mox: ἀπελθόντες ἐζήτησαν αὐτὸν περὶ τὴν ἐκκλησίαν, &c. Concil. Calchedonense Act. 10. τὰ ἅγια δῶρα ἄνω ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἐκοινωνήσαμεν μετ' ἀλλήλων αὐτὸς καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Constantinus de Adm. Imp. cap.29. pag. 85. καὶ παλάτια, ἐξ ὧν τὰ πλείονα καταλύθησαν· σώζεται δὲ μέχρι τοῦ νῦν ὀλίγα, ἐξ ὧν ἐστι ἐπισκοπεῖον, τὸ κάστρον, καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Δόμνου.

Ἐπισκοπεῖον, *Domus Episcopalis*. Concil.Constantinopolit. Act. 1. ἐν τῷ σηκρήτῳ τοῦ ἐπισκοπείου καθεζομένου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ. Ita in Libello Ischyrionis Diaconi Alexandrini in Concilio Calchedon. Act. 3. Synodus Berytensis, in eod. Concil. Calchedon. Act. 10. dicitur inita ἐν τῷ νέῳ ἐπισκοπείῳ τῆς ἐν Βηρυτῷ ἁγιωτάτης νέας ἐκκλησίας. Palladius in Vita Chrysostomi, pag. 67. καθεζόμενοι σὺν τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ ἐν τῷ τρικλινίῳ τοῦ ἐπισκοπείου. Occurrit præterea pag.82. apud S. Basilium Epist. 371. Eustathium in Vita S. Eutychij Patr. Constantinopol. n. 37.93. in Apophthegmat. Patrum in Basilio, apud Zachariam Pap. lib.3. Dialog. cap.7. &c.

Ἐπισκοπεῖον, *Episcopatus*, *Episcopi Parœcia*, in supplicatione Basilij Diaconi in Concilio Ephesino 1. part. cap.30. §. 4. εἰς ἕτερον ἐπισκοπεῖον, ἢ εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν, &c.

Ἐπισκοπὴ, *Episcopalis Dignitas*, *Episcopatus*. Julianus in Epist. ad Alexandrinos: Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸν τολμηρότατον ὑπὸ τῆς συνήθους ἐπαρθέντα θρασύτητος, ἀντιλαβέσθαι τοῦ λεγομένου παρ' αὐτοῖς Ἐπισκοπῆς θρόνου. Socrates lib. 5. cap. 8. ὃς ἁρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ, εἰς τὴν Ἐπισκοπὴν προεβλήθη. Ita passim Scriptores, Canones Apostol. cap.67. Clemens lib. 8. Constit. Apost. cap.10. 12. Concil. Nicænum 1. cap.2. Calchedonense Act. 3. pag. 461. Codex Canon. Afric. cap. 87. Palladius in Vita Chrysostomi pag. 202. Theophanes an.3. & 15. Zenonis, an. 14. Justiniani, an.5. Justini Jun. &c.

Ἐπισκοπὴ, *Domus Episcopalis*. Anna Comnena lib. 14. pag. 425. ἅπερ ἐπεφέροντο χρήματα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Τριπόλεως ἐναπέθεντο. Infrà: Ταῦτα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Τριπόλεως ἐναπέθεντο ὥσπερ εἴρηται.

Ἐπισκοπὴ, *Ecclesia Episcopalis*. Homilia 4.Theophanis Ceramei dicta dicitur ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἐπισκοπῆς.

Ἐπισκοπάτον, *Dignitas Episcopalis*, *Episcopatus*. Vide in Κλημικάτον.

Ἐπισκοπατεῖν, pro Ἐπισκοπεῖν, *Episcopatum agere*, nisi mendum subsit, usurpat Martyrium S. Aretæ & Socior. quod factum dicitur ἐπισκοπατεύοντος τὴν Ἱερουσαλὴμ Ἰωάννου, &c.

ἘΠΙΣΚΟΠΕΙΑΝΟΙ ita dicti quidam *Officiales Chartophylacis*, qui in Quinta Pentade Officiorum M. Ecclesiæ recensentur in Catalogo eorund. Offic. ex Cod. Reg. apud Goarum ad Codinum p.6. Balsamon in Meditat. de Chartophylace, pag. 459. quærit, τινὸς χάριν περὶ τοὺς ἄλλους προκαθήμενος ὁ Χαρτοφύλαξ καὶ μόνος δυσὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μεγαλύνεται τάγμασιν, Ἐπισκοπειανοῖς δηλαδὴ, καὶ Σεκρετικοῖς. Deinde infrà, pag. 462. ait Chartophylacis munus in animi & corporis delictis emendandis & dijudicandis versatum: ac si quidem Patriarchalium Notariorum judicia, τὰς πατριαρχικῶν νοταρίων κρίσεις, examinaret, Σεκρετικῶν διαλαλιαῖς, Secreticorum ministrorum collocutionibus ac consiliis uti solitum: præsertim cùm judicium rebus in solis consisteret: quòd si ægritudinibus animi curandis vacaret, & putridorum vulnerum fœditatem inspiceret, iisque adhiberet medicamenta, tum ἐπισκοπειανῶν Ordine ac Ministerio usum. Atque ex his quidem ratio nominis haud innotescit, quam tamen suprà pag. 455. videtur innuere, ubi de Protecdico: ζητῆσαι δὲ καὶ τοὺς Ἐπισκοπειανοὺς σφετερίσασθαι, ὡς ἐπισκόπου κληρωσάμενος λογοθέσιον. Unde colligitur ἐπισκοπειανοὺς sic appellatos, quòd Episcoporum ratiociniis vacarent; sed quæ fuere illa τῶν ἐπισκόπων λογοθέσια, ex his non liquet, nisi fortè Chartophylax Episcoporum judicia de rebus ad animæ salutem spectantibus examinaverit cum ipsis Episcopianis, qui ejus assessores in iis judiciis quodammodo fuerint, ut Σεκρετικοὶ, in litibus seu rebus Laïcis. Certè ἐπισκοπειανοὺς Episcoporum inaugurationibus interfuisse testatur Symeon Thessalonicensis de Sacris Ordinat. cap.8 ubi de Enthronismo Episcopi: καὶ προτεθέντος θρόνου ἐν ᾧ καθῆται ὁ Ἀρχιεπίσκοπος, καὶ πέπλου συνήθους, ὑπὸ ἱερέως εὐχῆς γινομένης, καὶ τρισάγιον τῶν ἐπισκοπειανῶν παρόντων, καὶ λαμπαδηφορούντων ἁπάντων, κυκλοῦντος καὶ τοῦ λαοῦ, ἐνθρονίζεται παρὰ τοῦ πρώτου τῶν ἱερέων, &c. Sed & ex Novella Isaacij Comneni de Electionibus Episcopor. lib. 2. Juris Græco Rom. pag. 171. colligitur in iisdem Episcoporum electionibus Episcopianos, Chartophilacis mandato, citasse qui in Urbe erant Episcopos, ut viduarum Ecclesiarum electionibus interessent: διὰ τὸ περὶ τούτων μηνυθῆναι αὐτῷ διαφόρως καὶ παρὰ τοῦ εὐλαβοῦς ἐπισκοπειανοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου Χοιρομάχου, &c. Quæ quidem citationes infrà, factæ dicuntur ab iis quos Chartophylax mittebat. In ejusmodi Ordinationibus Polychronion Patriarchæ acclamasse Episcopianos testatur Demetrius Gemistus MS. de Ordinationibus: ὁ δὲ διάκονος στὰς εἰς τὸ μέσον ἀντικρὺ τοῦ ἄμβωνος, ἀνυψοῖ τὰς χεῖρας μικρὸν, καὶ δείκνυται τὸ εὐαγγέλιον, λέγων, Σοφία ὀρθοί, καὶ οὕτω λέγει ἡ ᾠδὴ· οὕτω δὲ ὡς εἴποι ὁ διάκονος Σοφία ὀρθοί, ἐκφωνοῦσιν οἱ Ἐπισκοπειανοὶ, Εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα.

ΕΠΙΣΤΑΘΜΙ'Α, *Hospitum receptio*, in lib. 38. Basil. tit. 1. cap. 6. Glossæ Gr. Lat. Ἐπίςαθμος, ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς, *Stationarius*, *Manceps*. Ἐπίςαθμος, ὁ τῆς ςαθμοῦ ἡγέμενος, *Manceps*.

ΕΠΙΣΤΑ'ΤΗΣ, *Magister*, in Gloss. Gr. Lat. Leo Imp. in Tacticis, cap. 4. §. 18. Σεκοῦνδος δὲ λέγεται, ὁ δεύτερος τῆς ἀκίας, ὁ λεγόμενος Ἐπιςάτης. Adde §. 71. Theophanes pag. 306. de quodam præfecto operis: ὅςις ἀνηλεῶς τοὺς μὲν ἐπέρας αἰκίζειν οὐκ ἤρκετο, ἀλλὰ καὶ λιθοβολεῖν αὐτούς τε, καὶ τούτων ἐπιςάτας. Vide in Ἐργοδιώκτης.

Ἐπιςάτης τῶν μελωδιῶν, Officium Ecclesiast. in Catalogo Allatiano, pag. 273. Ἐπιςάτης, τῶν μελωδιῶν δηλονότι.

ΕΠΙΣΤΗ'ΘΙΟΣ, Epitheton S. Joanni Evangelistæ unicè attributum à Græcis quòd recubuerit ἐν τῷ κόλπῳ, seu ςήθει Jesu-Christi. Hirmologium: τῆς θεολογίας τὸν ἀρχηγὸν τὸν ἠγαπημένον Ἰωάννην καὶ μαθητήν, τὸν ἐπὶ τὸ ςῆθος Χριςοῦ ἀναπεσόντα, τὸν μέγαν Θεολόγον, πάντες ὑμνήσωμεν. Typicum S. Sabæ cap. 23. τοῦ ἁγίου ἐνδόξου, πανευφήμου Ἀποςόλου καὶ Εὐαγγελιςοῦ ἐπιςηθίου φίλου, ἠγαπημένου, παρθένου, Ἰωάννου τοῦ θεολόγου. Occurrit apud Psellum de Operat. Dæmon. Petrum Antioch. Patr. in Epist. ad Petrum Gradensem Episc. num. 10. Pachymerem in cap. 2. Dionysij Areopag. de Hierarch. & alios. Hinc

Ἐπιςήθιος, *Intimus*, uti Miscella vertit hunc locum ex Theophane an. 1. Constantini filij Irenes: ἐξώρισεν δὲ καὶ Ἀέτιον τὸν εὐνοῦχον καὶ Πρωτοσπαθάριον καὶ ἐπιςήθιον αὐτῆς, καὶ τοὺς οἰκειακοὺς αὐτῆς εὐνούχους. Idem an. 1. ejusdem Irenes: ὅτε Σταυράκιος καὶ Ἀέτιος ἐπιςήθιοι ὄντες τῆς βασιλίσσης. & pag. 415. Βυζάντιος ὁ τούτου ἐπιςήθιος οἰκέτης. Ἐπιςήθιος φίλος apud Georgium Mitylenæum Homil. in Passionem Christi pag. 1661.

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΑ'ΡΧΗΣ, titulus quem sibi adscribebant Imperatores Constantinopolitani, tanquam essent *Doctrinæ ac Disciplinæ Ecclesiasticæ Præsides*, quemadmodum hodie Angliæ Rex *Caput Ecclesiæ* sese indigitat. Novella Isaacij Angeli, lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 169. ὡς καὶ τὴν τοῦ Ἐπιςημονάρχου τῆς ἐκκλησίας τάξιν λαχούσης τῆς βασιλείας μου, παρὰ τῶν ταύτην κτισάντων τε καὶ βασιλευσάντων, καὶ ἐφέμενον ἐχούσης διορθοῦσθαι τὰ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαςικοὺς κανόνας ἴσως γινόμενα. Pachymeres lib. 4. cap. 4. τοὺς δ' ἀντεπιςέλλειν ἐκείνῳ ὡς Ἐπιςημονάρχου τοῦ βασιλέως εἶναι δικαιομένου ἐν τοῖς ἐκκλησιαςικοῖς πράγμασι. Distinctiùs vim vocis declarat Demetrius Chomatenus Archiep. Bulgariæ in Responsis ad Constantinum Cabasilam pag. 317. ὁ Βασιλεὺς γὰρ οἷα κοινὸς τῶν ἐκκλησιῶν Ἐπιςημονάρχης καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ συνοδικαῖς γνώμαις ἐπιςαθεὶ, καὶ τὸ κῦρος ταύταις χαρίζεται· ἐκκλησιαςικὰς τάξεις ῥυθμίζει, καὶ νομοθετεῖ βίῳ καὶ πολιτείᾳ τῶν τῷ βήματος, καὶ μὴν καὶ δίκαις ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ πρός γε χηρευσῶν ψήφοις ἐκκλησιῶν, &c. Hinc ἐπιςημοναρχικὴν σοφίαν adscribit Manuëli Comneno Imp. Sententia lata in Cosmam Patr. Constantinopolit. apud Allatium lib. 2. de Consens. utriusque Eccl. cap. 12.

Ἐπιςημονάρχης fuit etiam dignitas in Ecclesia. Typicum S. Sabæ cap. 5. extremo: ἐν τῇ ἐκκλησιαςικῇ ἀκολουθίᾳ εἰς μὲν τὸν δεξιὸν χορὸν τάσσει ὁ Ἐκκλησιάρχης, εἰς δὲ ἀριςερὸν ὁ Ἐπιςημονάρχης. Illius munus fuisse videtur ut unumquemque in Ecclesia in Officio suo contineret: χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπιςημόνως καὶ νηφαλέως, καὶ ἐγρηγορότως ἑςάναι, ut est apud Clementem lib. 2. Constitut. Apostol. cap. 57.

Ἐπιςημονάρχισσα, in Puellarum Monasteriis, cujus Officium sic describitur in Typico MS. Monasterij Deiparæ τῆς Κεχαριτωμένης cap. 26. ἡ Καθηγουμένη μέν τοι καὶ Ἐπιςημονάρχισσαν προβαλεῖται, ἣν κατ' οἰκείαν ἐπιλογὴν τῆς τοιαύτης διακονίας λογίζεται ἀξίαν, ὀφείλουσαν τῆς μοναδικῆς καταςάσεως καὶ εὐκοσμίας φροντίζειν, ἔν τε ταῖς συνελεύσεσι καὶ ὑμνῳδίαις διαφέρειν, μήπου τινὲς τῶν ἀδελφῶν τῆς ὑμνῳδίας ἀφέμεναι ἀλλήλαις διομιλῶσι, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἐντεύξεως καταλιγωροῦσαι ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ συντυγχάνωσιν· ἔν τε ταῖς κοιναῖς πρὸς τράπεζαν ἐλεύσεσι ταύτας ἐπισκοπεῖν, ὡς ἂν ἐν τῇ πρεπούσῃ μοναχαῖς διαμένωσιν ἡσυχίᾳ καὶ κοσμιότητι, &c.

ΕΠΙΣΤΟΥΛΑ'ΡΙΟΙ, *Epistolares*, de quibus Gratianus, Valentinianus & Theodosius in l. 7. Cod. de Palatin. Sacrar. largit. lib. 12. & Justinianus in l. ult. Cod. de Temp. appellat. lib. 9. Basil. tit. 1. c. 121. καὶ ὑπηρετούντων ἐν τῇ συνελεύσει τῶν Ἐπιςουλαρίων, οἵτινες ἐν τάξει τῶν ὑπομνημάτων εἰσίν. & cap. 126. ἵνα δύο ὦσι δικαςαὶ, ἐπιςουλαρίων ὑπηρετούντων.

ΕΠΙΣΤΟΛΕΥ'Σ, *Qui secundas post Navarchum tenet*. Basilius in Naumachis: Ναύαρχος, καὶ Ἐπιςολεύς. λέγεται δὲ ἐπὶ τῷ ςόλου διάδοχος τοῦ Ναυάρχου.

ΕΠΙΣΤΟ'ΛΙΑ, *Epistola Formatæ*, de quibus diximus in Gloss. med. Lat. Concilium Calchedonense Can. 11. πάντας τοὺς πένητας καὶ δεομένους τῆς ἐπικουρίας, μετὰ δοκιμασίας, ἐπιςολίοις, εἴτουν εἰρηνικοῖς ἐκκλησιαςικοῖς μόνοις ὁρίσαμεν ὁδεύειν, &c. Ubi Dionysius Exiguus, & Isidorus Mercator, *Epistoliis vel Ecclesiasticis Pacificis*, &c. Synodica Concilij Sardicensis in Fragment. S. Hilarij pag. 17. *Et ne ignorantes eorum accipiant Literas communicatorias, id est Epistolia, quos justâ sententiâ degradavit.* Infrà: *omnes Fratres & Coëpiscopos nostros literis tuis admonere digneris, ne Epistolia, id est literas communicatorias eorum accipiant.* Adde Concil. Turon. II. cap. 10. ἐπιςολαὶ nudè dicuntur in Nomocanone Coteleriano num. 455. οἱ δὲ πρεσβύτεροι ἐν ταῖς χώραις μὴ ἐόντα καλὸν ἐπιςολὰς ἐκπέμπειν· τοὺς δὲ ἀντιπιλήπτως χωρὶς ἐπισκόπους διδόναι εἰρηνικάς.

ΕΠΙ'ΣΧΕΣΙΣ, *Suspensio à functione Sacerdotij*. Species Ecclesiasticæ Censuræ, Excommunicatione minor. Pachymeres lib. 3. cap. 24. ὡς πρόςιμον ἐκείνῳ ἡ τῆς ἱερωσύνης ἐπίσχεσις ἦν. Ubi ejus Paraphrastes: ἐσχόλασεν τῆς ἱερωσύνης παρὰ τοῦ Πατριάρχου πρὸς καιρόν.

ΕΠΙΣΩΖΟΜΕ'ΝΗ, ita Cappadocibus appellatum *Festum Ascensionis Christi*. Laudatur ex Bibl. Augustana Codex Homiliarum S. Joannis Chrysostomi, in quo 19. inscribitur, τῇ κυριακῇ τῇ Ἐπισωζομένης. nempe dicta. Ubi Hœschelius ad marginem sequentia adscripsit: τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν Καππαδόκων ἔθει, Ἐπισωζομένην λέγεται ἡ Ἀνάληψις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. *Legitur Cod. MS. Greg. Nysseni.*

ΕΠΙ'ΣΩΤΡΟΝ, *Ferrum cingens rotas*, Polluci. Eustathius: ὑπερθε δὲ τὰ ῥηθέντα ἐπίσωτρα, ἤγουν οἱ ἴτυν περιέχοντες κύκλοι, ἤτοι οἱ κάνθοι. Infrà: σωτικοὶ γὰρ τῆς ἔξω περιφερείας εἰσὶν οἱ κανθοί.

ΕΠΙΤΑ'ΓΜΑΤΑ. Novella 2. Heraclij in Jure Græco-Rom. καὶ τῶν λεγομένων δὲ Ἐπιταγμάτων οὐκ εἰς εὔθετον χωρησάντων τὸ πλῆθος, δεῖν ἡγήσασθαι καὶ τοῦτο μηδαμῶς καταλιπεῖν ἀδιόρθωτον, — ὅθεν καὶ τῶν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτάγμασι προσώπων, ἐφ' ὅπερ εἰσὶν ἀριθμοῦ μενόντων, ἕτερον μὲν αὐτοῖς ἐξ οὐδεμιᾶς ἀφορμῆς ἢ ἐπινοίας προσγίνεσθαι διατυπῶσαι. Ubi Leunclavius Ἐπιτάγματα, *Superiores Ordines* interpretatur, *quibus nimirum officia seu Dignitates continentur.* Quod sequentia sanè satis declarant, cùm hac voce comprehendantur Syncelli, Cancellarij, Referendarij, Notarij, Sceuophylaces, &c. Rursum: τοὺς δὲ γε ἐν διαφόροις ὀφφικίοις, ἢ τοῖς λεγομένοις Ἐπιτάγμασι τελοῦντας, &c.

Ἐπιτάδες, *Ad hoc usque tempus*. Michaël Cerularius Patr. Constantinop. in Epist. ad Petrum Patr. Alexandr. οἶδας γὰρ ὅτι ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, καὶ ἐπιτάδες ἡ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορὰ

φορὰ τ̃ καθ' ἡμᾶς δηλαδὴ ἁγίας ἐκκλησίας ἐξεκόπη τ̃ Πάπα, διὰ τὸ, &c. quam vocem ἐπιτάδες, ut barbaram sugillat idem Petrus Patr. Alexandrinus ad eundem Cerularium: εἰδότα ὅτι ἀπὸ τ̃ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, καὶ ἐπιτάδες, ἵνα τοῖς σοῖς χρήσωμαι ῥήμασιν, ἡ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορὰ ἐξεκόπη τ̃ Πάπα. Cotelerius habet ἐπιτάδε, Allatius verò ἐπιτάδες.

ἘΠΙΤΆΦΙΟΝ, ut ait Goarus, vocant Græci hodierni *Christi in sepulchro jacentis Imaginem*, quam ἐν μεγάλῃ εἰσόδῳ Sacræ Liturgiæ, à Paschatis scilicet solemnibus ad Ascensionis usque celebritatem plerisque in Monasteriis, & in processione Nocturna, & Vigiliis magnæ Parasceves, inter ejusdem ingressus pompam deferre solent, de qua quidem Imagine ita Symeon Thessalonicensis lib. de Templo, ubi de Magno Ingressu: καὶ ἐπὶ κεφαλῆς τὸ ἱερὸν ἐπέχοντας ἐπιτάφιον, ὁ γυμνὸν ἔχει καὶ νεκρὸν εἰκονισμὸν τ̃ Ἰησοῦ.

ἘΠΙΤΉΔΕΥΜΑ, *Professio*, in Basilicis.

ἘΠΙΤΗΡΗΤΗΣ, *Observator*, in Monasteriis appellatur is qui Disciplinæ Monasticæ observationi invigilat, in cujus ministerium hi extant jambi MSS. ex Cod. Thuaneo:

Εἰς τοὺς Ἐπιτηρητάς.
Τάξει τεθέντες ὀμμάτων τοῖς συγγόνοις,
Ὁρᾶτε καὶ τηρεῖτε πάντας εὐσκόπως,
Ἐν ἡμέραις, ἐν νυξὶν, ἐν μεσημβρίαις,
Μήπου πρόσω πατοῦσι νέων εἶεν δύο,
Μήπου γίνωνται φρατρίαι, συσκηνίαι,
Παρρησιῶν ὄλεθρος, ἔργα τ̃ σκότους,
Στρῆνοι, γέλωτες, ὕβρεως ἀταξίαι,
Καὶ πᾶν πονηρὸν τ̃ Θεοῦ πόρρω φέρον.
Ταῦτ' ἐκλαλοῦντες πυκνὰ τοῖς πρωτοστάταις,
Ἀπροσπαθείᾳ τ̃ ἀληθείας λόγῳ
Τυχοῖτε θείας ἀτρεκῶς ἐποψίας,
Τὴν ἀντάμειψιν τ̃ καλῶν ἐσχηκότες.

ἘΠΙΤΊΘΕΙΝ, pro Ἐπιτιθέναι, *Imponere*, usurpat Theophanes an. 6. Copronymi.

ἘΠΙΤΊΜΙΟΝ, *Quævis mulcta*, vel *Pœna delicto debita & imposita*. Glossæ MSS. Ἐπιτίμιον, ἡ τιμή· καὶ ὁ Θεολόγος, ἵν' ἔχω τὸ ἐπιτίμιον. Leo Imp. in Tactic. in Proœmio: καὶ τὰ κάμματα ὑπαναγινώσκεσθαι τὰ ἐπιτίμια. Et c. 8. §. 17. ἐν καιρῷ γυμνασίας ὁμοῦ συνηθμένων τ̃ στρατιωτῶν ὑπαναγινωσκέσθω τὰ ἐπιτίμια, &c. Adde §. 18. & 27. cap. 9. §. 10. cap. 14. §. 93. cap. 19. §. 32.

Ἐπιτίμιον, maximè apud Græcos sumitur pro *Pœna Ecclesiastica*, quæ reis, aut confitentibus peccata imponitur, quam vulgò *Pœnitentiam* appellamus, non verò excommunicatio, ut observat Morinus lib. 1. de Pœnit. cap. 1. §. 14. Ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον, in Concilio Ephesino pag. 596. Edit. Labbei: Ἐπιτίμιον κανονικὸν, apud Eustathium in Vita S. Eutychii Patr. Constantinopol. num. 39. & in Jure Græco-Rom. pag. 84. Chrysostomus in Epistola de exilio suo, apud Palladium pag. 21. τούς τε τὰ τοιαῦτα παρανομήσαντας τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τ̃ ἐκκλησιαστικοῦ νόμου. Concilium Calchedonense Act. 10. καὶ ἐκλίθησαν ἅμα ὑμῖν τ̃ ἐπιτιμίῳ τ̃ ἀκοινωνίας ἐπὶ ὅρῳ τοιούτῳ. Ubi observandum interdum usurpari hanc vocem in Excommunicatione, tametsi rariùs. Naucratius de Obitu S. Theodori Studitæ pag. 876. ἐρωτηθεὶς παρὰ τ̃ ταπεινώσεως ἡμῶν περὶ τ̃ ἐν ἐπιτιμίοις ὄντων ἀδελφῶν, ἢ ξένων. Joannes Antiochenus de Charisticariis pag. 162. οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν μετανοίας τρόπους ἐκδεδωκότες, καὶ ἐπιτιμίων ἰδέας ἀναλόγους τοῖς τ̃ ἀνθρώπων ἁμαρτήμασιν, ἔσπευδον δι' αὐτῶν καθαίρειν τὸ σῶμα τ̃ ἐκκλησίας, καὶ τὴν ὑπὸ τ̃ ἁμαρτιῶν συγχωρῆσαι χάριν τ̃ ἁγίου βαπτίσματος τοῖς πλείστοις ἀνακαλεῖσθαι πάλιν. Apud Theodoritum Serm. 11. ad Græcos: τ̃ τὰ σμικρὰ ἡμαρτηκότων τὰ ξύμμετρα ἐπιτίμια. Vide Theophanem an. 20. Justiniani, Theophanem Cerameum Homil. 55. Pachymerem lib. 7. cap. 6. 22. lib. 9. cap. 24. & alios passim, & Gloss. med. Lat. in *Epitimium*.

Ἐπιτιμία, femin. gen. Cyrillus Scythopolitanus in Vita MS. S. Sabæ cap. 41. καὶ παρεκάλεσε τ̃ γέροντα δέξασθαι αὐτ̃ μετὰ τ̃ προσηκούσης ἐπιτιμίας. Vita MS. S. Pauli Latrensis: ἀλλὰ καὶ ἐπιτίμια τὴν ἀποστροφὴν ἀναγκάσαντος.

ἘΠΙΤΡΑΧΗΛΙΟΝ, *Stola Sacerdotis*, seu quomodo Stolam deferre solent Sacerdotes, utrâque nempe illius parte ante & versus pectus dependente; contrà quàm Diaconi, qui Stolam in sinistro humero deferunt. Sic porrò dicta, quòd circa collum convolvatur. Symeon Thessalonicensis lib. de Sacris Ordinat. ubi de Ordinatione Sacerdotis pag. 145. πρῶτον μὲν οὖν ἀναγορεύει τοῦτον ὁ ἱεράρχης ἐν τῷ τὸ ὠράριον λαμβάνειν, ἐκ τ̃ ἀριστεροῦ ὤμου ὄπισθεν, καὶ εἰς τὸ δεξιὸν ἐπιθεῖναι τ̃ δύο μερῶν γινομένων ἔμπροσθεν, ὅπερ τότε ἐστὶ Ἐπιτραχήλιον· δηλοῖ δὲ τὴν ἄνωθεν κατιοῦσαν ἀπὸ κεφαλῆς χάριν, ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς, φησὶν ὁ Δαβίδ, &c. Adde cap. 6. pag. 151. Idem lib. de Templo pag. 219. τὸ δέ γε Ἐπιτραχήλιον τὴν τελεστικὴν ἄνωθεν κατερχομένην παρίστησι χάριν· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς, καὶ ὁ Ἱερεὺς ἀπὸ κεφαλῆς τοῦτο περιβαλλόμενος, Εὐλογητὸς, φησὶν, &c. Liturgia S. Joan. Chrysostomi: εἶτα λαβὼν ἐπιτραχήλιον, καὶ εὐλογήσας ἀσπάζεται, καὶ τιθέμενος ἐπὶ τ̃ τραχήλου αὐτοῦ, λέγει, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, &c. Philotheus Patr. Constantinopol. in Ordine Sacri Ministerij: καὶ ὁ ἱερεὺς μόνος ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον. Adde pag. 8. Euchologium pag. 545. 607. 609. & Codinum de Offic. cap. 2. num. 2. 5. Nomocanon Cotelerianus num. 139. ἱερεὺς λειτουργῶν χωρὶς ἐπιτραχηλίου, αἱρετικός ἐστιν. Quod & ait idem Thessalonicensis: διὰ γὰρ τοῦτο πᾶς ἱερεὺς εἰς χρῖσιν ἔχει ἐπὶ πάσῃ ἱερᾷ τελετῇ. In TurcoGræcia Crusij lib. 4. Epist. 45. τὶς ἄνθρωπος ἀρραβωνήσατο μετὰ ἱερολογίας καὶ ἐπιτραχηλίου, Presbyteri scilicet *Stolam* induti.

Porrò auro & gemmis, adornantur ἐπιτραχήλια. Petrus Antiochenus Patr. in Epistola ad Michaëlem Cerularium: χρυσοφορούμενοι καὶ αὐτοὶ ἐγχείρια, καὶ ἐπιμανίκια, καὶ ἐπιτραχήλια περιβεβλημένοι χρυσόπαστα. Joannes Cantacuzenus lib. 3. cap. 81. τήβεννον ἔχοντα καὶ χιτῶνα περιπόρφυρα, καὶ ἱερατικὸν περιτραχήλιον χρυσοῦν. Ducas Hist. cap. 42. initio: καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν μέσῳ τ̃ βαρβάρων ἕνα φοροῦντα σάκκον ἀρχιερατικὸν, καὶ ἕτερον ζωννύμενον ἐπιτραχήλιον χρυσοῦν, &c.

Mysticam ejus significationem, præter laudatum Symeonem, profert etiam Germanus Patr. Constantinopol. in Mystagog. τὸ τ̃ ἐπιτραχηλίου δεξιὸν μέρος πέφηνεν ὁ κάλαμος ὃν ἔδωκαν ἐμπαίζοντες τῇ δεξιᾷ τ̃ Χριστοῦ. τὸ δὲ ἐξ εὐωνύμου μέρους, ἡ τ̃ σταυροῦ βασαγὴ ἐπὶ τ̃ ὤμων αὐτοῦ. Et Balsamon in Meditat. de Patriarchalib. Privileg. pag. 447. Τὰ ἐπιτραχήλια, (δεξάζουσιν) τὸ φραγέλλιον ἑλκύσαν τὴν ζωὴν πρὸς τ̃ θάνατον. Cæterùm Ἐπιτραχηλίου prærogativam habent etiam *Exocatacœli*, ut ex Symeone Thessalonicensi observamus in Σταυροφόροι.

ἘΠΙΤΡΟΠΙΚΉ γραφὴ, *Epistola Commendatitia*. Ærusius pag. 208.

ἘΠΙΤΎΜΒΙΟΝ, Pachymeres lib. 7. cap. 23. ὅτε καὶ ὁ Λαρίσης Νίκανδρος τ̃ Ἰωάννου χειροτονίας ὢν, καὶ διὰ τοῦτο παρ' ἐκείνου καθαιρεθεὶς, ἐκεῖσε παρὼν, καὶ γ' ἀτίμως ἐκεῖνον ἐκριφθέντα θεώμενος, λαβὼν μοναχικὸν ἐπιτύμβιον, μεθ' ὅσου μυκτῆρος καὶ χλευασμοῦ ἐπιτίθησιν. Ubi videtur innui cucullâ Monachorum, qui hâc induti

indutâ sæculo nuntium dicunt, ac veluti civilem mortem obeunt.

ἘΠΙΦΆΝΕΙΑ, & Ἐπιφάνια, *Festum Natalis Christi*, quia tum primùm nascendo apparuit Christus. Ἡ κατὰ σάρκα ἐπιφάνεια τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, in Chronico Alexandrino pag.482. Menander Protector in Legat. pag.143. Ἀτὰρ ὁ Πέτρος ἔμεινεν αὐτοῦ, ἐπιδεδιάσων τῇ γενεθλίᾳ ἑορτῇ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ἤδη προσεπέλαζε τῆς ἡμέρας τὸ σέβας· ἔτι δὲ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείᾳ τὰ νόμιμα ἁγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπέβη τῶν Περσῶν. Glossæ MSS. Colberteæ & Suidas: Ἐπιφάνια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. Ita apud Theodoritum serm.6. & 10. ad Græcos, Ἐπιφάνεια τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν sumitur pro Christi in terris apparitione, Zonaram to.2.pag. 171. 1. Edit. & alios laudatos à Viro singularis Eruditionis Joanne Bapt. Cotelerio ad Constitut. Apostol. pag. 232. Gretzero ad Codinum, & aliis. Vide præterea quæ observamus in Gloss. med. Lat. in *Epiphania*, ubi de utraque vocis significatione egimus, & Suicerum in Thesauro Ecclesiastico.

ἘΠΙΦΑΝΈΣΤΑΤΟΣ. *Nobilissimus*, in Gloss. Gr. Lat. titulus Cæsaribus & Imperatorum liberis vulgò concessus. Vetus Inscriptio apud Seldenum in Marmorib. Arundel. ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ. ΦΛΑΟΥΙΟΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ ΤΟΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ Η ΠΟΛΙΣ Η ΑΣΩΠΕΙΤΩΝ. Philostorgius lib. 12. cap.12. de Valentiniano: ᾧ καὶ τὴν τοῦ Ἐπιφανεστάτου περιῆψεν ὁ Ὀνώριος ἀξίαν. Chronicon Alexandrinum an. 3. Arcadij: ἐπὶ τῶν ὑπάτων ἐγεννήθη Φλακίλλα ἐπιφανεστάτη νέα μηνὶ Δεσίῳ, &c. An. 6. ejusdem Arcadij: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἡ ἐπιφανεστάτη Εὐδοξία ἐπήρθη αὐγοῦστα, &c. An.7. καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγεννήθη ἐπιφανέστατος υἱὸς Ἀρκαδίου αὐγούστου, Theodosius Junior. An. 9. ἐγεννήθη Μαρίνα ἐπιφανεστάτη. An. 6. Theodosij Jun. Πουλχερία ἀδελφὴ Θεοδοσίου νέου αὐγούστου ἐπιφανεστάτη ἀνηγορεύθη αὐγούστη. An.1. Leonis Junioris: οὗτος Λέων ὑποβληθεὶς ὑπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς τῆς ἐπιφανεστάτης Ἀριάδνης, &c. Theophanes an.7. Theodosij M. de eod. Ὀνώριον υἱὸν αὐτοῦ γεννηθέντα ἐκ Πλακίλλης τῆς εὐσεβεστάτης Ἐπιφανέστατον καὶ Ὕπατον ἀνέδειξεν. Idem de Joviano pag. 46. καὶ ἐλθὼν ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, ὕπατος προῆλθεν σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Οὐαρρωνιανῷ, Ἐπιφανέστατον αὐτὸν ἀναγορεύσας, ἀντὶ τοῦ ἐνδύσαι αὐτὸν πορφύραν. Vide Gloss. med. Lat. in *Nobilissimus*.

ἘΠΙΧΥΤΗΣ, *Situla*, *vas quo aqua funditur*: *Infundibulum*. Euchologium in Dedicatione Templi: χύτραν, θερμηρὸν ἀγγεῖον, καὶ σίτλαν, ἢ ἐπιχύτην χαλκᾶ εἴτε κεράμεα. Vide Σίτλα.

ἘΠΛΟΥΑ, σαβίνα, in Glossis Jatricis Græcobarb. MSS. *Sabina*, de qua Ruellius, & alij.

ἘΠΝΟΥΒΟΥ, Ægyptiis, *Ruta*, πήγανον, apud Interpol.Dioscorid. cap.457.

ἘΠΟΊΚΙΟΝ, *Villa*, cap.19.Josue,& in Basilic. lib.19.tit.8. c.7.lib. 60. tit.3. §.27. pag.52.

ἘΠΟΠΑΣ, *Upupa*, Ἔποψ.

ἘΠΌΠΤΑΙ, *Inspectores*, de quibus in Glossario med. Lat. Glossæ Basilic. Ἐπόπτης λέγεται ὁ Ἐξισωτής. Constantinus Porph. in Basilio num.98. Ed. Combef. τοὺς λεγομένους Ἐπόπτας τούτους καὶ Ἐξισωτάς. Novella 2. Manuëlis Comneni, lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 153. ἀναγραφέων, ἢ ἐποπτῶν, ἢ ἐξισωτῶν, καὶ τῶν ἄλλως ἀνερευνώντων τὰ δημοσιακὰ τῶν δηλωθέντων περιορισμῶν. Vide Novellam Nicephori Phocæ de Fundis Armenicis §. 2. & Salmasium ad Spartianum p. 32. 33. 34.

Ἐποψία, *Inspectio*, *Manus inspectoris*, in Basilic. lib.56. tit.8. cap.13. & apud Theophanem an.9. Nicephori General. pag.413.

ἘΠΌΠΤΟΣ, *Upupa*, Ἔποψ. Physiologus MS. de Natura animalium, ἔστι γὰρ τοίνυν πετεινὸν λεγόμενον ἔποπτος, καὶ τὴν φιλοπάτορον παρ᾽ ὅλα τὰ ὄρνεα.

ἘΠΟΡΚΙΣΤΗΣ. Vide Ἐξορκιστής.

ἘΠΟΧΗ, *Locus ubi mare colligitur*, in Novellis Leonis Imp.57. & 104. Vide Gloss. med. Lat. in *Trana*, & Cujac. lib. 14. Observ. cap.1.

ἘΠΡΟΚΟΜΈΝΟ, *Prastans vir*, apud Crusium in Turco-Græcia pag. 208.

ἘΠΤΆ ἈΣΤΈΡΕΣ, *Pleiades*, quas alij, Ἑξάστερον vocant. Lexicon M S. Colberteum: πλειάς, ἑπτὰ ἀστέρες, δημωδῶς, καὶ οὐχὶ ἕξ, ὥς τινες οἴονται· καὶ ἐν τριγωνοειδεῖ (leg. τριποδοειδεῖ) σχήματι. Συστροφὴ πολλῶν ἀνέμων. Ovidius lib.4. Fastor. v. 167.

Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Vide Philippi Cesij Cœlum Astronomicum.

ἘΠΤΆΛΥΧΝΑ, Lychni septuplices, qui in ædium Sacrarum laquearibus pendent, quibus τῶν χαρισμάτων ἀριθμὸς designatur, inquit Symeon Thessalonicensis de Templo.

ἘΠΤΆΝΕΥΡΟΝ, Πολυνεύρον, *Plantago*, *Arnoglossum*, apud Apuleium de Virtut. herb. cap.1.

ἘΠΤΑΠΑΠΆΔΟΝ. Vide in Παπᾶς.

ἘΠΤΆΣΚΑΛΟΝ. Vide in Σκάλα.

ἘΠΤΥΣΤΡΊΣ, *Catinus*, seu *Crater Lychni*. Michaël Psellus de Grammatica, MS.

Ἐπτυστρὶς τρύβλιον δὲ τυγχάνει τοῦ λυχνάπτου.

ἘΠΤΩΧΌΣ, pro Πτωχός, *Pauper*. Non semel apud Joannicium Cartanum in serm.5. de Avaritia. Locum Vide in στάμενα & in ταυρίζειν.

ἘΠΧΈΑ, φύλλον Ἰνδικόν, in Glossis Jatricis Græcobarb. MSS.

ἘΠΩΜΊΣ, Ἐπωμάδιον, *Stola quæ Humeris Presbyteri imponitur*. Apophthegmata Patrum in Mose num. 4. ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μούσεως, ὅτι ἐγένετο κληρικός, καὶ ἐπέθηκαν αὐτῷ τὴν ἐπωμίδα, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀρχιεπίσκοπος, ἴδε γέγονας ὁλόλευκος, Ἀββᾶ Μωσῆ, &c. Clerici verò vocabulo Presbyterum indicari sequentia satis declarant. Epistola Patr. Hierosolymitani, in Concilio VIII. Act. 1. στελλόμενον τὸν ποδήρη, καὶ τὴν ἐπωμίδα, σὺν τῇ μίτρᾳ, &c.

Ἐπώμιον, eâdem notione. Synaxaria & Menæa 26. Octobr. ubi de Templo S. Demetrij Thessalonicæ à quodam Leontio ædificato, τῷ παρ᾽ αὐτοῦ καινουργηθέντι ναῷ Μάρτυρι δίδωσι τὴν χλαμύδα τοῦ Μάρτυρος στεπτοῖς αἵμασιν τοῖς ἐκείνου πεφοινιγμένην, καί τι τοῦ ἐπωμίου λαβών, ὃ συνήθως ὠράριον ὀνομάζειν, καὶ κιβωτῷ τίμια τὰ ἀληθῶς τίμια καταθέμενος, &c.

Ἐπωμίς, Ἐπώμιον, Ἐπωμάδιον, *Scapulare Monachicum*. Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. pag.141. ὁ δὲ ἁγιώτατος καὶ θεοφόρος μοναχὸς θεόθεν προγνοὺς τὸ μέλλον, ἀποστέλλει αὐτῷ τῷ Βασιλεῖ τὸν τρίχινον αὐτοῦ χιτῶνα, καὶ τὸ ἐπώμιον, καὶ τὸ κουκούλλιον, καὶ τὴν βακτηρίαν αὐτοῦ. Vita MS. S. Stephani Junioris: τὸν δὲ χιτῶνα εἶχεν δερμάτινον καὶ μόνον, τότε ἅγιον κουκούλιον, καὶ τὸν σταυροφόρον ἀνάλαβον, ὁμοίως καὶ τὴν ἱερὰν ἐπωμίδα τοῦ μοναχικοῦ σχήματος. Infrà: αἱ δὲ τίμιαι ἐκεῖναι γυναῖκες τὰς ἐπωμίδας ἀράμεναι, καὶ τὰ συνήθη μελάνοιαν λαβοῦσαι, &c. Anonymus in Vita Arsenij: μονώτατος καὶ ἀσκητὸς, μόνον τὸ ἐπωμάδιον, ὅτι τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν φέρων. Macarius Chrysocephalus de Exaltat.S.Crucis: τὸν σταυρόν, ὡς ἐπωμάδιον ἔχων τὸν ἀοίδιμον ἑκουσίως ὑπέστη δι᾽ ἡμᾶς θάνατον. Vide Athanasium de Virginitate.

ἘΡΑΝΆΡΙΟΙ, in Concilio Calchedonensi, qui revera fuerint, video ignorari: ubi ita Libellus Bassiani Episcopi de Ephesino Episcopo: Συναγαγὼν ὄχλον ἄτακτον μετὰ ξιφῶν, καὶ ἄλλων τινῶν ἐρανάριων, ἐπεισῆλθε, &c. Infrà: Ἐπειδὴ αὐτὸς ἐπεισῆλθε τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μετὰ ξιφῶν καὶ ἐρανάριων, καὶ δάδων τινῶν, καὶ ἐκαθέσθη ἐπὶ τὸν θρόνον. Ubi vetus Interpres,

cum gladiis & arenariis. Unde non desunt qui emendandum censent ἀρεναρίων, uti legisse videtur Interpres, ut intelligantur *Arenarij*, seu *Gladiatores*, cujusmodi sunt ij *Arenarij*, de quibus in Præfatione ad libellum precum Marcelliani & Faustini, ubi viris facinorosis adjunguntur. Verùm cùm in hisce Concilij verbis, ἐρανάριων vox jungatur cum ensibus & facibus, nullâ ibi hominum aut factiosorum factâ mentione, videretur hocce vocabulo indicari genus aliquod armorum: unde ἀρμαρίων legendum quidam censebant. At cùm constans sit lectio apud Binium & Ducæum, nihil temerè mutandum: ita ut si hominum factiosorum genus aliquod hîc intelligatur, ij sint qui ἐρανιζόμενοι dicuntur in Concilio Constantinopol. sub Mena, Act. 5. Ἑταίρας, καὶ ὀρχηστρίδας παρεισαγαγών, καὶ πλῆθος ἐρανιζομένων, καὶ μηδὲν εἶδος παραλελοιπὼς πρὸς καθαίρεσιν καὶ ἀναίρεσιν τῶν ἀσκήτων αὐτόθι. Quo loco vetus Interpres, *& multitudinem eorum qui quæstum faciebant.* Ego verò malim, *qui ex stipe publica nutriebantur,* ut erant ij de quibus Concilium Constantinopolit. sub Hormisda, ubi de Severo Antiocheno Episcopo: Δεύτερον ὅτι τοὺς ἐκ τῶν ἐράνων σιτιζομένους ἐπέταττε πᾶσαν ἐξανιστᾶν ταραχὴν, καὶ πάντα θόρυβον διασκεδάζειν ἐν τῇ τῶν πόλεων ἐκκλησίαις, &c. Ex quibus locis satis apparet ejusmodi ἐρανιζομένων colluviem ad seditiones concitandas in hisce tumultibus adhibitam.

Jam verò ἐρανάριοι isti sic videntur appellati, saltem in Ægypto, qui stipem ab Imperatore accipiebant, ex veteri instituto. Diocletianus enim magnam frumenti copiam quotannis in egenos distribui populo Alexandrino jubebat, ut est apud Procopium in Historia Arcana. Unde Ischyrion Diaconus Alexandrinus in Concilio Calchedonensi Act. 3. Dioscorum Patriarcham accusavit, quòd τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων Βασιλέων σῖτον τῆς ἐκκλησίας τῆς Λιβύης, διὰ τὸ τὴν χώραν ξηροτάτην εἶναι, καὶ μηδὲ ὅλως σῖτον ἐν αὐτῇ γεωργεῖσθαι, πρὸς τὸ ἐν πρώτοις μὲν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ἐντοπίους πένητας παραμυθεῖσθαι, ut frumentum, inquam, illud egenis destinatum distraheret, coactásque inde pecunias in suos usus converteret. Libellus Sophronij in eâdem Actione: καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ οὐ παρῃτήσατο ἔρανα διανεῖμαι πλείστοις διὰ Ἀγοράσου καὶ Τιμοθέου, καὶ ἑτέρων τινῶν, ἃ ταῦτα παρασκευάσαι διωχθῆναι. Hinc in Concilio Constantinopol. sub Hormisda plebs exclamat, Ὅλα τὰ ἐκκλησιαστικὰ Σεβῆρος καὶ Πέτρος ἔφαγον· ὅλα εἰς ἔρανον ἔδωκαν. Ubi vetus Interpres: Omnia in symbolam *sodalium tradiderunt.* Immò, in ἐρανιζομένων *Cœtum* vel *Colluviem.* Mox: Ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἐπραίδευσαν, εἰς ἔρανον ὅλα ἔδωκαν. Ubi idem Interpres, *in stipem sodalium.* Meminit præterea Sozomenus lib. 3. c. 9. & Evagrius lib. 2. cap. 5. τῆς σιτηρεσίου χορηγίας Alexandrinis præbitæ ab Imperatoribus, ut & Edictum 13. Justiniani cap. 24. §. 2. 3. de qua consulendus Jacobus Gothofredus ad Cod. Theodosianum tit. de Frumento Alexandrino. Notum porrò vocem ἔρανος sumi pro *Stipe* in vet. Gloss. ut & apud Pollucem lib. 8. cap. 13. & Theophilum lib. 1. Institut. tit. de Rerum divisione: & apud Harpocrationem Ἐρανιστὴς dicitur ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, quæ vis est vocis Ἐρανάειος.

ἘΡΒΑΪΆΘΟΣ, *Capparis*, Afris, apud Interpol. Dioscorid. cap. 392.

ἘΡΓΑΛΕΪ́ΟΝ, *Ferramentum*, in Glossis Gr. Lat. Vide Ἀργαλεῖον.

ἘΡΓΑΣΤΉΡΙΟΝ, Cretensibus, ἐργαστῆει, instrumentum quo Ladanum ij conficiunt, ut scribit Petrus Bellonius libro primo, cap. 7.

ἘΡΓΑΣΤΗΡΙΑΚΟΊ, *Opifices.* Glossæ Basilic. ἰνστίτορες, οἱ κάπηλοι, ἐργαστηριακοί. Chronicon Alexandrinum an. 11. Heraclij: μετά τινων ἀρχόντων καὶ τινων οὐ μόνων κτητόρων καὶ κληρικῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐργαστηριακῶν καὶ δημοτῶν ἐξ ἑκατέρου μέρους, &c. Theophanes in Rhinotmeto, pag. 316. ἀπὸ διαιρέσεως τῶν εἰκόνων τὴν πόλιν, συγκλητικῶν τε καὶ ἐργαστηριακῶν, καὶ δημοτῶν, καὶ παντὸς ὀφφικίου. Novella 2. Manuëlis Comneni Imp. lib. 2. Juris Græco-Rom. pag. 152. κἂν ἔνοικοι, πραγματευταί, ἢ ἐργαστηριακοί, &c.

Ἐργαστηριακὸν, *Tributum quod ab institoribus vel opificibus pendebatur* seu *pro officinis*, ut alij volunt. Diploma Andronici Junior. pro Monembasiotis apud Phranzem: ἐξωπρασίας, κοσμιατικοῦ, καπηλιατικοῦ, μιτατικοῦ, ἐργαστηριακοῦ, μεταξιατικοῦ, &c.

ἘΡΓΆΤΗΣ, *Operarius*, in Glossis Gr. Lat. etiamnum hodie Ἐργάται dicuntur viliores Albani, qui victûs quærendi gratia in Provincias exteras proficiscuntur, & operas suas locant. Vide Bellon. in Observ.

Ἐργατεία, *Opus* ἐργάτου, *Opera*, apud Joan. Moschum in Limon. cap. 37.

ἘΡΓΊΔΙΟΝ, *Opusculum*, in Gloss. Gr. Lat.

ἘΡΓΟΔΙΔΆΣΚΑΛΟΙ, in Basilic. Synopsi p. 216. ubi in Cod. Justin. *Diversorum operum Professores.* καὶ οἱ τῶν οἰκημάτων ὁμοίως τεχνῖται, ἢ ἐργολάβοι, ἢ τῶν ἄλλων ἐργοδιδάσκαλοι. In aliquot Codd. legitur, ἢ τῶν ἄλλων ἔργων διδάσκαλοι. Carolus Labbeus hîc intelligi putat, quos Galli *Maistres jurez* vocant, qui in eodem Cod. dicuntur *Cæterarum professionum primates.*

ἘΡΓΟΔΙΏΚΤΗΣ, *Institor*, *Opifex*, in Gloss. Gr. Lat. *Operarum præfectus.* Ἐργεπιστάτης, apud Artemidorum lib 4. Onirocrit. cap. 33. Ἐργοκηδεστὴς, apud S. Cyrillum in cap. 61. Isaiæ pag. 854. Macarius Homil. 47. καὶ ἐπέστησεν αὐτῷ τοὺς ἐργοεπιστάτας καὶ ἐργοδιώκτας, &c. Theophanes an. 27. Copronymi: ἤγαγεν μετ' ἀπὸ Ἀσίας οἰκοδόμους χιλίους, καὶ χιστὰς διακοσίους, καὶ — ἐπέστησεν αὐτοῖς ἄρχοντας ἐργοδιώκτας, καὶ ἕνα τῶν Πατρικίων. Vide Ἐπέκτης.

ἘΡΓΟΔΌΣΙΟΝ, ἐργοστάσιον. *Officina fabrilis.* Theophanes an. 3. Constantini Filij Irenes: βροντῆς καὶ ἀστραπῆς γενομένης, ἀνήφθη μέρος τοῦ βασιλικοῦ ἐργοδοσίου τῶν Χρυσοκλαβαρίων κατὰ τὸν Ἀκουσίωνα. Codinus in Orig. Constantinop. n. 21. ὁ Πρόβος ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ Προδρόμου, ὅνπερ ὁ Καβαλῖνος ἐποίησεν ἐργοδόσιον, τὸ λεγόμενον Πρόβου. Ubi Codex Vaticanus habet ἐργοστάσιον. Occurrit rursum n. 123. Apud Scylitzem pag. 734. memoratur quidam Eunuchus ἐργοδότης.

ἘΡΓΟΔΌΤΗΣ, *Adventor*, in utroque Gloss. Locator, qui opus locat, apud Harmenopul. lib. 3. tit. 8. §. 42.

ἘΡΓΟΔΌΤΡΙΑ, in Puellarum Cœnobiis, *Sanctimonialium operibus præfecta.* Typicum MS. Monasterij τῆς Κεχαριτωμένης cap. 27. καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δὲ ἡ καθηγουμένη, δύο τινὰς τῶν μοναχῶν καταστήσει ἃς ἂν τῶν λοιπῶν προκρίνῃ ὀφειλούσας τὴν χρειώδη τῷ ἐργοχείρῳ τῶν μοναζουσῶν ὕλην λαμβάνειν μετὰ προσγραφῆς κατὰ καιρὸν ἀπὸ τοῦ Δοχείου, καὶ ἐργοδοτεῖν ταῖς ἐργαζομέναις προστάξει καὶ τῆς Καθηγουμένης, &c. Titulus capitis est περὶ τῶν ἐργοδοτριῶν.

ἘΡΓΟΛΆΒΟΣ, Græcis, atque adeo Demostheni, sed & apud Harmenopulum lib. 3. tit. 8. n. 43. est *Redemptor operis*, *qui opus faciendum suscipit.* Glossæ Gr. Lat. Ἐργολάβος, *Redemptor.* Ἐκλήμπτωρ, in Lat. Gr. Ita in Concilio Constantinopol. sub Mena Act. 3. Σισίννιος τὴν τέχνην ἐργολάβος. At Recentioribus, ac Jurisconsultis præsertim, ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα δεδωκὼς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγήν. Ut est in Glossis Basilic. in aliis verò, ὁ ἐπὶ μισθῷ κακαργῶν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐργολαβεῖσθαι: qui scilicet alienas actiones

nes suscipit, & intendit quasi suas, præstátque hoc modo causis alienis patrocinium suum nomen adcommodans, vel gratiâ vel mercede. Hunc ἐργολάβον τῆς συκοφαντίας, vocant Basilica lib.7. tit.10. Et ita

Ἐργολαβεῖν, Zonaræ in Can.2. Synodi Calchedon. ἔστι τὸ ἀλλοτρίας ὑποθέσεις, ἢ πράγματα ὑπεισέρχεσθαι τινὰς διὰ κέρδους. Dicitur igitur ἐργολαβεῖν, qui alienam litem agendam suscipit quasi suam sub pactione mercedis. Ita in Novella Tiberij de Divinis Domibus, γεωργοὺς ἀλλοτρίους ἐνεργολαβεῖν, καὶ προςασίαν αὐτοῖς ἀπονέμειν. Et in Nov. Justiniani 17. cap. 13. τὰς ἑτέρων βίας ἐνεργολαβεῖν, id est, *aliorum bona patrocinio suo defendenda redimere*: & in Nov. Heraclij de Episcop. &c. παραλόγως ἐνεργολαβεῖν. Adde Scholiastem Basilic. ad lib.14. p.193. Vide Cujacium lib.8. Observ. cap.31. & Gloss. med. Lat. in *Ergolabus*.

Ἐργολαβία. Sancitum 3. Joannis Xyphilini Patr. Constantinopol. lib 3. Juris Græco-Rom. διοριζόμεθα μηκέτι τῶν λοιπῶν μήτε μοναχὸν, μήτε τινα ἐκκλησιαστικῶν ἀλλοτρίας ἀρωγὰς ὑπεισερχόμενον, ἐν δικαστηρίοις συνηγορεῖν· ἐργολαβία γὰρ ἄντικρυς τοῦτο.

ΕΡΓΟΧΕΙΡΟΝ, *Opus manuum*, quod Monachis præsertim præcipiunt regulæ Monasticæ: Scholæ MSS. In Prometheum Æschyli: χειρωναξία, ἡ διὰ χειρῶν ἐργασία. Theodorus Studita Orat. in S.Platonem num. 16. χειρῶν ἐργασία διὰ σπουδῆς τοῦτο γὰρ τῶν ἐκείνου κατορθωμάτων παρὰ τοὺς πολλοὺς, ἵνα μὴ λέγω τοὺς πάντας, τὸ ἐπίσημον. Justinianus in Nov. 133. c.6. δεῖ γὰρ διπλοῦν τοῦτο ἔργον τοῖς μοναχοῖς καθεστάναι, ἢ τῶν θείαις ἐνασχολεῖσθαι γραφαῖς, ἢ τὰ μοναχοῖς πρέποντα (ἅπερ καλεῖν εἰώθασιν ἐργόχειρα) μελετᾶν καὶ ἐργάζεσθαι. Vita S.Euphrosynes MS. ἰδοὺ τὶς γέρων μέγας ἐκ τῆς Κήτεως ἐλθὼν τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ ποιῆσαι. Ammonius Monach. de SS. Monachis Sinaitis pag.100. φέροντες γὰρ οἱ ἄνδρες τῶν τόπων σῖτον ἀπὸ Αἰγύπτου, ἐχορήγουν αὐτοῖς ὀλίγους ἄρτους, ἀντιλαμβάνοντες καὶ αὐτοὶ τὸ παρ' αὐτῶν ἐργόχειρον, καὶ ἐκ τῶν καρπῶν τῶν φοινίκων. Vita S.Mariæ Ægyptiacæ num.5. ψαλμῳδία γὰρ ἦν ἀκατάπαυστος, στάσιν ἔχουσα παννύχιον· καὶ ἐν χερσὶν εἶχον ἀεὶ τὸ ἐργόχειρον, καὶ οἱ ψαλμοὶ ἐπὶ τοῦ στόματος, Naucratius de Obitu S.Theodori Studitæ pag. 880. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ ἀποστολικῶς, καὶ μετὰ διωκτικὴν κάκωσιν καὶ γῆρας, ἐργόχειρον. Menologium Basilij Imp.16. Martij in SS. Menigno & Romano: κναφεὺς δὲ ὢν, καὶ ἐκ τῶν ἐργοχείρου αὐτοῦ τροφὰς ποριζόμενος. Occurrit præterea apud Joan. Moschum in Limon. cap. 73. 114. 160. 161.194. Cassian. de Discretione, Scholiast. Basilic. lib.4. pag 157. Balsamonem ad Can. 19. Concil.VI. in Apophthegmat. Patrum, in Antonio num. 18. in Pœmene num 41. in Lucio, in Chæremone, & alibi passim: in Typico S. Sabæ cap.5. in Narrat. de S. Pambone apud Lambecium lib.3. Bibl. Cæsar. p.34. &c. Vide in Καλοσκοπίζειν.

ΕΡΔΙΚΟΥΣΙΝ, in Glossis Saracenicis MSS. τὸ σάμψυχον.

ΕΡΕΙΧΗ, *Erice*, Ἐρείκη. Eustathius Iliad.V. καὶ τὸ αὐτοῦ θέμα τὸ ἐρείκω, ἐξ οὗ φυτόν τι, τὰ ἐρείκη δὶ παραφθείροντες οἱ χυδαῖοι ἐρείχην φασί.

ΕΡΕΥΝΑΔΕΣ, *Inquisitores*, Quos *Quæstores* vocari præcepit Justinienus in Nov.75. cap.1.

ΕΡΕΥΝΗΡΙΣ, *Eryngium*, apud Interpol. Dioscorid. cap.429.

ΕΡΕΧΘΙΤΗΣ, *Senecio*, apud Interp. Diosc. c.679.

ΕΡΗΜΟΝΝΕΙΝ, *Vastare*, *Desolari*. Glossæ Græcobarb. ἀλαπάζοντα, πορθοῦντα, λαμβάνοντα, ἁρπάζοντα, ἐρημόννοντα.

Ἐρημόκαστρον. Vide in Κάστρον.

ΕΡΗΜΟΔΙΚΙΟΝ, *Eremodicium* in Nov. 63. cap.3. ἐρήμη δίκη, μὴ παρόντων ἑκατέρων μερῶν. In Basilic. lib. 10. ἐρημοδίκιοι dicuntur οἱ ἐκ μονομεροῦς εἰσηγήσεως τὴν καταδίκην ἔχοντες.

ΕΡΙΝ, *Hæres*, ex veteri Gallico *Here*, Assisæ MSS. Regni Hierosolymitani cap. 193. τὸ δίκεον κελεύει νὰ λάβῃ τὸ τῆς ἔειν τις. Infrà: εἰ δὲ εἰ γίνεκα οὐκ ἔχει πάντα τῆς ἔριν, διὰ τὸ οὐδετήποτε ἐδοκέν τε ἄνδρας τις, ἀμὴ ἐπίρεν τὸ διὰ τὴν ψυχήν τε, καὶ διὰ τῆς Θεὸν, &c.

ΕΡΙΝΕΟΣ, *Epimedium*, apud Interpol. Dioscor. cap.601.

ΕΡΕΤΙΚΙΑ, *Hæresis*. Assisæ MSS. Regni Hierosol. cap. 270. ἐὰν μάθῃ ὅτι καμία γινέκα ἄνκαλε ἕνα ἄνθρωπον διὰ ἐρετικίαν, &c.

ΕΡΙΦΙ, *Capreolus*, *Hœdus*, Ἔριφος, in Nomocanone Coteleriano num.448. Ἐρύφι, apud Agapium Cretensem in Geopon. cap.76. &c. κατσάκι, *Capella*, *Hædulus*, Ἐρίφιον, δορκάδιον.

ΕΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ, in Glossis Basilic. ὁ αἰσχρῶς καὶ ποιῶν καὶ πάσχων. *Mollis*. Vide Gloss. med. Lat. in *Hermaphroditare*.

Πρωτόθρονος, *Episcopus primæ Sedis, Primas.* Theodorus Studita in Epist. ad Leonem Sacellarium: ὁ τῆς Ῥώμης τοῦ πρωτόθρονος, ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δευτερεύων, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων. In Concilio Constantinopol. IV. Act. 1. Thomas Μητροπολίτης Τύρου Πρωτόθρονος καὶ Ἔξαρχος inscribitur. Epanagnosticum Basilij Imp. in ead. Act. 1. pag. 979. *Ab Oriente verò Protothronum Antiochiæ, id est Sanctissimum Metropolitam Tyri*, &c. Infrà: *Definitio Thomæ Metropolitæ Tyri primi Sessoris, & Primatis Sedis Theopoleos Antiochiæ.* Theophanes an. 7. Zenonis: ὃν ὁ Καλανδίων εἰς Τύρου πρωτόθρονον Ἀντιοχείας μετεθρονίασεν. Adde quæ ex VVil. Tyrio annotamus in Gloss. med. Lat. de eodem Metropolita Tyrio, qui à *Secunda Cathedra, id est consessu*, esse nudè dicitur, in Synodico adversus tragœdias Irenæi cap. 197. ut observant Viri docti. Petrus Antiochenus in Epist. ad Episcopum Gradensem num. 5. τοὺς δὲ πρωτεύοντας ἐν ἑκάστῃ συνόδῳ Ἐξάρχους, καὶ Πρωτοθρόνους, καὶ Προέδρους εἰώθεν ὀνομάζειν. Leo Grammaticus in Leone Philosopho pag. 475 Anonymus Combefisianus num. 2. Symeon Logoth. num. 1. χειροτονεῖται Πατριάρχης ὑπὸ Θεοφάνους τοῦ πρωτοθρόνου τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων. Ita etiam Zonaras & Scylitzes Georgius Hamartolus MS. Στέφανον δὲ Σύγκελον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Πατριάρχην προβάλλεται, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ Πρωτοθρόνου. Symeon Logotheta in Michaële Theophili F. num. 18. Πρωτόθρονος ὁ Κολωνείας. Ubi Constantinus Porph. in Basilio num. 21. Edit. Combef. Κολωνείας Ἀρχιεπίσκοπον habet. Vide Jus Græco Rom. pag. 173. Scylitzem pag. 629. Zonaram pag. 141. & Gloss. med. Latin. in *Protothronus.*

Θρόνος δεύτερος, *Sacerdotum Ordo secundus.* Gregorius Nazianzenus in Carm. de Vita sua, dum ut Presbyter factus sit, Patris monitu, enarrat:

Κάμπτει βιαίως εἰς θρόνων τοὺς δευτέρους.

Idem in jambo 23.

Πρῶτον μὲν οἱ τὰ δεύτερα θρόνων λελαχότας,
Λαοῦ πρόεδροι πρεσβύται σεμνὴ γερουσία.

Apud Eusebium lib. 10. Hist. Eccl. cap. 4. Sacerdotes οἱ μετὰ τοὺς ἐπισκόπους δευτερεύοντες dicuntur: τοῦ δευτέρου θρόνου, ibidem cap. 5. ubi consulendus Valesius. Vide præterea Gloss. med. Lat. in *Sacerdos secundi Ordinis.* Et infrà in Καθέδρα.

Σύνθρονον, Sacerdotum & Ecclesiæ Ministrorum Sacra facientium subsellia mediam in Bematis concha Sacram mensam ambientia, in quorum medio, retro ipsum altare, eminet Patriarchæ vel Episcopi sedes ac Thronus Excelsior, quemadmodum σύνθρονον describit Eusebius lib. 10. Hist. cap. 4. pag. 312. ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθ' ὅλον κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας, ἐφ' ἅπασί τε τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον θυσιαστήριον ἐν μέσῳ θεὶς, αὖθις καὶ τάδε, ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις. Et Constantinus in Basilio n. 83. Edit. Combef. αὐτοῦ ἔνδον (θυσιαστηρίου) θᾶκοι, καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμίδες. Georgius Hamartolus in Chr. MS. De Euthymio Patr. Constantinopol. ὃς ἅμα τῇ χειροτονίᾳ, πρὶν ἢ ἐλθεῖν εἰς τὸ σύνθρονον, &c. Martyrium S. Petri Archiepisc. Alexandr. pag. 217. καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκε ταφῇ τὸ τοῦ ἁγίου παραδοθῆναι λείψανον, ἕως εἰσενεγκόντες εἰς τὸ θυσιαστήριον, τῷ ἀρχιερατικῷ συνθρόνῳ ἐνίδρυσαν, καὶ ἐπὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ καθέδραν, οἱονεὶ ζῶντά τε καὶ τὰ θεῖα ἱερουργοῦντος καθήμενον θεασάμενοι,

μβύοι, &c. Synaxaria Colbertea in S. Joanne Episc. Polyboti 4. Decembr. καὶ τῷ συνθρόνῳ προσαναβιβάσωσιν. Liturgia Basilij apud Goarum ad Euchol. pag. 181. καὶ ἀναβαίνει ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν ἱερέων εἰς τὸ σύνθρονον. Mox: καὶ καταβαίνει ὁ ἀρχιερεὺς ἐκ τοῦ συνθρόνου, καὶ τῷ διακόνῳ ἐπεύχεται. Euchologium ubi de Ordinatione Presbyteri: καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας τελουμένης, ἀνέρχονται εἰς τὸ σύνθρονον. Symeon Thessalon. de Sacris Ordinat. cap. 7. pag. 158. καὶ τοῦ ἀρχιερέως εἰσελθόντος εἰς τὸ θυσιαστήριον, ὡς εἰς τοὺς οὐρανούς, μετὰ τῶν λοιπῶν, πρὸ τοῦ ἀναβῆναι τὸ σύνθρονον, ὡς τὸν ὑπερουράνιον θρόνον, ὁ χειροτονούμενος ἄγεται, καὶ τελεῖται, καὶ οὕτω σύνθρονος γίνεται. Vide eundem lib. de Templo pag. 216. 223. Nicetas Paphlago in Vita Ignatij Patr. Constantinopol. ἄφνω δὲ περιβλεψάμενος, ὁρῶ ἐν τῷ συνθρόνῳ τοῦ Ἀδύτου καθήμενον ἄνδρα γηραλέον, &c. Novella 2. Heraclij Imp. lib. 2. Juris Græco-Rom. p. 78. ὥστε τῶν μὲν πρεσβυτέρων τὰς συνθρόνους στενοχωρεῖσθαι καθέδρας. Nicetas, in Murtzuphlo num. 4. καταστρωνύασαν Χερσὶ, ἐπὶ τοῦ συνθρόνου ἵζησαν, κεκλασμένον ἀφῆκε μέλος, &c. Achmes cap. 225. ἐὰν ἴδῃ ὅτι σύνθρονον ἐν τῷ ναῷ τέθηκεν, &c. Malaxus in Hist. Patr. pag. 148. ἐλειτούργει μετὰ ἱεροῦ συνθρόνου, ὡς Μητροπολίτης. Ubi Zygomalas, (nescio an bene) μετὰ ἱεροῦ μανδυλίου, exponit. Vide Theophanem an. 27. Copronymi Euchol. p. 304. 357. 832. 842. & nostram Constantinopolim Christian. lib. 3. cap. 66. præterea tabellam 1. ex his quæ initio hujusce operis delineantur.

Ἐνθρονίζειν, ἐνθρονιάζειν, *In thronum inducere Episcopum, Inthronizare, Installare.* Clemens lib. 8. Constit. Apost. cap. 5. ubi de Episcopi Ordinatione: καὶ τῇ ἕωθεν ἐνθρονιζέσθω εἰς τὸν αὐτῷ διαφέροντα τόπον παρὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων. Concil. Calchedon. Act. 11. πρὸ τριῶν δὲ ἡμερῶν τοῦ μέλλειν εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦτον, καὶ ἐνθρονίζεσθαι. Ibidem: καὶ ἐκαθέσθη ἐπὶ τὸν θρόνον. Theodoritus lib. 4. Hist. Eccl. cap. 6. τοιοῦτον δὴ οὖν καὶ νῦν τοῖς ἀρχιερατικοῖς ἐγκαθιδρύσατε θώκοις. Leontius Episcop. Neapoleos in Vita MS. S. Joannis Eleemonis: ἐνθρονιάζεται ψήφῳ θείᾳ. Chronicon Alexandrinum de S. Petro pag. 542. καὶ τὴν χειροτονίαν τῆς ἐπισκοπῆς δεξάμενος, ἐκεῖσε (Antiochiæ) ἑαυτὸν ἐνθρονίσει. Idem an. 23. Constantij: καὶ καθίστη ἀντὶ αὐτοῦ Εὐδόξιος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἐνθρονισθεὶς μίαν Αὐδυναίῳ κζ΄ παρουσίᾳ ἐπισκόπων οβ΄. Infrà: οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας τοῦ ἐνθρονισθῆναι τὸν Εὐδόξιον ἐπίσκοπον, &c. Theophanes an. 21. ejusd. Constantij: καὶ τὸν Παῦλον τοῦ θρόνου ἐκβαλὼν, Μακεδόνιον τέως οὐκ ἐνεθρόνισεν, τότε ὀργιζόμενος διὰ τὸν Ἑρμογένους φόνον. Eundem vide An. 26. Anastasij, & an. 38. Justiniani. Socratem lib. 5. cap. 5. lib. 6. cap. 2. lib. 7. c. 7. 36. Anonymum Combefisianum in Alexandro n. 1. Scylitzem p. 719. &c. Symeon Thessalonicensis de Sacris Ordinat. cap. 8. initio, ubi de Enthronismo Episcopi: εἶτα καὶ ἐν ἑνί μέρει τοῦ ναοῦ περὶ τὴν Πρόθεσιν γινόμενος ἐνθρονίζεται τῷ ἀρχιερατικῷ εὐτρεπισθέντι ἐκεῖσε θρόνῳ, εἰς τύπον τοῦ ἐνθρονισμοῦ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ. Quo loco Episcopi Enthronismi Ceremonias ritúsque describit.

Ἐνθρονιάζεσθαι etiam dicuntur Abbates. Ordo servandus in promotione Abbatis, apud Morinum de Sacris Ordin. pag. 118. καὶ ἐνθρονιάζει αὐτὸν μέσον τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ δίφρου, καὶ ἐπαίρων τὸ παλλίον αὐτοῦ, καὶ φορεῖ αὐτῷ ἄλλο κοινὸν, καὶ λέγει, Ἐνθρονιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Δ. ὁ ἱερομόναχος εἰς ἡγούμενον καὶ ποιμένα τῆς σεβασμίας μονῆς Δ. &c. Adde Euchologium Goari p. 490. 491.

Θρονισταὶ apud Synesium Epistola 67. dicuntur Episcopi coacti ad Electionem & *Inthronizationem* Episcopi, qui scilicet jus habebant suffragij ad eandem Electionem; trésque numero esse debebant: cùm populus non eligeret, sed rogaretur an Electioni consensum præberet, haberétque quidpiam quod Electionem impediret: καὶ τούτῳ δὴ μάλιστα πάντων ἕνεκα, τῷ μὴ δεῖν ἀθετεῖσθαι τὸ παρὰ σοῦ θρονισμόν. Γράμματα μὲν οὖν, ἤτησα γὰρ, οὐκ εἶχεν ἀποδεικνύναι ἐπισκόπους δὲ τοὺς συνέδρων ἀνίστασαν μάρτυρας. οὗτοι δὲ ἔφασαν, ἐπιστολῇ πειθαρχοῦντες ἐκείνῃ, πεῖσιν περὶ Παύλου προϊέναι τῷ δήμῳ, καὶ δόξαν ἅπασιν ἐπίσκοπον ἔχειν, ἀνενέγκαι περὶ αὐτοῦ· τοὺς δὲ θρονιστὰς ἑτέρους γίνεσθαι.

Θρονισμὸς igitur, in loco laudato, est *Missio Episcopi in Sedem*, seu *Incathedratio*, quæ &

Ἐνθρονιασμὸς, dicitur in Concilio Calchedonensi Act. 10. παρεγένετο εἰς Ἱεράπολιν εἰς τὸν ἐνθρονιασμὸν τοῦ κύρου Στεφάνου τοῦ θεοσεβεστάτου Ἐπισκόπου. Ubi vetus Interpres: *ut Dom. Stephanum inthronisaret Episcopum.* Et Act. 11. καὶ ἐμὲ καὶ αὐτὸν ἀνήγαγεν εἰς τὸν θρόνον, καὶ ἐγένετο ἐνθρονιασμός. Vita MS. S. Stephani Junioris: τούτου οὖν πρὸς τὴν ἐνθρονίασιν πάσης τῆς ὀφηλίου συνδραμούσης, καὶ πάσης ἡλικίας, &c. de S. Germano Patr. Constantin. Vide Scaligeri Canones Isagogicos p. 253. 2. Edit.

Ἐνθρονιστικὸν, idem quod Καθεδρατικὸν, *Certa pecunia quantitas qua dabatur ab Episcopo Episcopis à quibus ordinabatur*, in Nov. 123. Justiniani cap. 3. Vide Καθεδρατικόν.

Ἐνθρονισμὸς, eâdem fere notione: Ita enim dicta Sportula quæ pendebatur Episcopo, cùm in solio collocabatur. Mandatum quod datur Metropolitano cùm ordinatur, in Jure Græco-Rom. pag. 431. διὸ καὶ τὸν λεγόμενον ἐνθρονισμὸν οὐ τῷ χειροτονοῦντι, (μὴ γένοιτο) ἀλλὰ τοῖς ἐνδεεστέροις τῶν κληρικῶν, ἢ καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν τελοῦσι, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐπορείας διεκελευόμεθα δίδοσθαι.

Ἐνθρονιασμὸς, aliud sonat apud Codinum de Offic. cap. 1. num. 13. ὁ Ἱερομνήμων, εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τοῦ Ἀρχιερέως, κρατῶν τὸν ἐνθρονιασμὸν, καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας. Ubi hæc vox sumi videtur pro Ceremoniali seu Rituali libro, in quo Episcoporum ἐνθρονιασμοὶ describuntur.

Μετενθρονιάζειν, *Episcopum ab Episcopatu ad alium Episcopatum transferre.* Μετενθρονιασμὸς, *translatio.* Theophanes an. 7. Zenonis de Joanne Codonato Antiocheno Patriarcha: ὃν Καλανδίων εἰς Τύρον πρωτόθρονον Ἀντιοχείας μετενεθρονίασεν.

Ἐνθρονιστικαὶ, *Epistolæ Synodicæ, quas Episcopi recens creati ac incathedrati, de fide sua ad Patriarcham, & alios Episcopos mittebant.* Evagrius lib. 4. c. 4. τὸν δὲ Σεβῆρον, ὃς τῆς Ἀντιόχου προέδρος ἐκεχειροτόνητο, ἐπὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἐφ' ἑκάστης ἀναθέματι περιβάλλων οὐκ ἐπαύσατο, καὶ μάλιστά γε ἐν τοῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς, καὶ τοῖς τούτων ἀμοιβαίαις, ἃς διεπέμψατο τοῖς ἑκασταχοῦ Πατριάρχαις, &c.

Θρονίζειν, *In Throno sedere*, apud Symeon. Logothet. in Michaële Theoph. F. n. 41.

Ἐνθρονίζειν, Ἐνθρονιάζειν, *Ecclesiam dedicare, ejus Encænia celebrare*: quòd in ea θρόνος, seu Cathedra Episcopi collocetur, júsque habeat in Ecclesia à se dedicata, quoties voluerit, *Cathedram collocare.* Vide Gloss. med. Lat. in V. *Cathedra.* Germanus Patr. Constantinopol. in Mystagogia: ἐκκλησία ἐστὶν ἐπίγειος οὐρανός, — ἐν Προφήταις προκηρυχθεῖσα, ἐν Ἱεράρχαις κατακοσμηθεῖσα, καὶ ἐν Μάρτυσι τελειωθεῖσα, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτῆς λειψάνοις ἐνθρονιασθεῖσα. Leo Grammaticus in Basilio pag. 472. & Symeon Logotheta num. 16. Μαΐῳ δὲ πρώτῃ ἐνθρονίζεται καὶ ἐγκαινίζεται ἡ ἐκκλησία, ἣν ἔκτισεν ὁ βασιλεύς. Vide eundem Logoth. in Leone Philosopho num. 25. Epiphanius Hagiopolita de Locis Sanctis: κάτωθεν τοῦ πατριαρχείου ἐστὶν ἐκκλησία ἀνενθρονίαστος, ἡ μέλλουσα ἐνθρονιάζεσθαι ὑπὸ συνόδου εἰς τὸν διωγμὸν Σαρακηνῶν. Habetur in Cod. Reg. 1598. f. 5. προστάγμα εἰς τὸ ἐνθρονιάσαι τράπεζαν ἱεράν. Vide Gloss. med. Lat. in *Thronus.*

Ἐνθρονίασις,

Ἐνθρονίασις, Ἐνθρονιασμὸς, *Dedicatio Ecclesiæ*. Joan. Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. pag. 115. καὶ ταύτην παραγγέλλεσθαι εἰς τὴν τοῦ ναοῦ ἐνθρονίασιν ἐκλιπαροῦντες. Balsamon ad Can.7. Synodi VII. ἡ καθιέρωσις γίνεται μετὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τοῦ ναοῦ, ὅτε τελοῦνται τὰ ἐγκαίνια, τὰ ἀνοίξια, καὶ ὁ ἅγιος ἐνθρονιασμὸς, καὶ ὁ ἅπας τούτου ἀπαρτισμὸς, τοῦ ἁγίου μύρου χριομένου, καὶ λείψανα Μαρτυρικὰ ὑποδεχομένου. Scholion ad Epitomen Canonum pag. 29. ex Leonis Nov. ἱερουργήσας εἰς εὐκτήριον οἶκον μὴ καθιερωθέντα διὰ ἐγκαινίων, ἀνοιξίων, καὶ τοῦ συνήθους ἐνθρονιασμοῦ. Codinus in Orig. Constantinop. num.150. τελειώσασα δὲ τὸν ναὸν, ἔμελλεν κρεμάσαι τὰς χαλκᾶς ἁλύσεις, καὶ τὰς λυχνίας, ὅπως ἐνθρονιάσῃ τὸν ναὸν, καὶ ἐγκαινίσῃ αὐτόν. Adde n.151. In Euchologio pag. 614. τὰ τοῦ ἐνθρονιασμοῦ χαρτία dicuntur, quæ sub sacram Mensam ut Ecclesiæ dedicationis testes deponuntur.

ΘΡΟΥ´ΒΑΛΟΝ, *Fragmen, Fragmentum*, θραῦμα. Θρουβάλιζειν, *Illidere, Collidere, Infringere*, προσρίβειν, προσβάλλειν.

ΘΡΟΥΛΛΙ´ΖΕΙΝ, *Comminuere*, Θρυλλίζειν.

ΘΡΥΑ´Σ, *Epimedium, Vindicta*, apud Interpol. Dioscorid. c.601.

ΘΡΥ´ΛΛΙΟΝ. In Vita MS. S.Andreæ Sali c.6. dicitur hæc interrogatio Arianum Philosophum confudisse, θρύλλιον πτερῶδες ἤγηται διὰ θέσιν, ἢ οὐκ ἤρηται; putabam legendum Θηρίκλειον, ut Auctor intellexerit *Vas ansatum*: est autem Θηρίκλειον, in Lexico Reg. MS. Cod. 1708. ποτήριον ὑέλινον. Mœris Atticista MS. Θηρίκλειον, ἀπὸ τοῦ τεχνίτου προσηγορεύθη, ὡς Εὔβουλος· καθαρώτερον γὰρ τοῦ κέραμον εἰργασμένου ἢ Θηρίκλεια, τὰ ἐκπώματα. Vox Scriptoribus obvia. Sed interrogationis argutiam non percipio.

ΘΡΥ´ΜΒΗ, *Thymus*, Θύμβρος, apud Myrepsum de Antidotis cap. 98. in Cod. MS. in Edito verò cap.100. de Salibus c.4. Θρύβη, scribitur apud Portium.

ΘΡΥ´ΣΙΟΣ, *Ulua, Herba Palustris*. Etymolog. mag. Θρύον, εἶδος πόας, ὁ λεγόμενος θρύσιος.

ΘΡΩΚΟΥΝΙ´Α, *Vasis species*. Vide in Κρωμπή.

ΘΥΒΟ´ΛΟΣ, Apollodorus in Poliorceticis MSS. καὶ ἀγκῶνα μέσον μακρὸν εἶον εἰσιν οἱ θυβόλοι μεσαγκῶνες οὕς τινες σφενδόνας καλοῦσιν. Fortè, legendum λ θοβόλοι.

ΘΥΓΑΤΕ´ΡΑ, pro Θυγάτηρ. Nicetas in Alexio lib.3. τῷ βασιλεῖ δὲ τῷδε καὶ τρίτη θυγατέρα, ᾗ Εὐδοκία τοὔνομα.

ΘΥ´ΜΑ, *Caro animalis occisi*. Apophthegmata Patrum in S. Epiphanio num.1. ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, ἐπεδόθη πτεινὸν καὶ λαβὼν ὁ Ἐπίσκοπος ἔδωκε τῷ ἀββᾷ Ἱλαρίωνι καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, Συγχώρησόν μοι, ὅτι ἐξ οὗ ἔλαβον τὸ σχῆμα, οὐκ ἔφαγον θύμα.

ΘΥΜΑΡΝΟ´ΛΙΟΝ, Prophetis, *Fœniculum erraticum*, ἱππομάραθρον, apud Interpol. Dioscor. cap.487.

ΘΥΜΗΤΗ´ΡΙΟΝ, *Memoriale*, Μνημεῖον.

ΘΥΜΙ´ΑΜΑ, pro ipso *Thymiaterio*. Pachymeres lib.5. cap.17. ἐπιφερομένοι καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν δώρων, στολάς λέγω καὶ κειμήλια ἐικονίσματα, καὶ συνθετὰ πολύτιμα θυμιάματα.

ΘΥΜΙΑΤΟ´Ν, *Thuribulum, Acerra*. Θυμιατήριον, ἐσχάριον, in Glossis MSS. Michaël Psellus de Grammatica, MS.

Τὸ δὲ θυμιατήριον ἐσχάριόν μοι κάλει.

Bartholomæus Mon. in Vita S.Nili Junior. ὁ δὲ μακάριος κελεύσας θυμιατὸν γενέσθαι, ὑπήντησεν αὐτῷ σὺν πάσῃ ἀδελφότητι. Triodium: καὶ λαβὼν θυμιατὸν, ἵσταται ἐνώπιον τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ θυμιῶν σταυροειδῶς, λέγει, &c. Pentecostarium: βαλὼν δὲ εἰς θυμιατὸν θυμίαμα πολὺ, ἀπαιωρεῖ τοῦτον ἐντὸς τοῦ βήματος. Philotheus Patr. Constantinopolit. in Ordine Sacri Ministerij: λαβὼν ὁ Διάκονος τὸ θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, πρόσεισι τῷ ἱερεῖ, &c. Occurrit ibi non semel. Codinus de Offic. Aulæ Constantinopol. c.14. §.21. θυμιᾷ τοίνυν ὁ Πατριάρχης τὸν βασιλέα, εἶτα τὸ μὲν θυμιατὸν δίδωσι τῷ Ἀρχιδιακόνῳ. Utitur præterea cap.17. §. 38. 42. ut & Typicum c 2. & alibi passim, Cedrenus anno S.Leonis M. Symeon Thessalonic. de Sacris Ordinat. c.8. pag. 169. &c.

ΘΥΜΟΛΕΌΝΤΕΣ dicti *Iconoclastæ* Hæretici, quòd Leonino quodam furore in imagines sævirent, ut scribit Auctor de Initiis Hæreseon n.102.

ΘΥΜΟΤΙΆΡΗΣ, *Animosus, Ferox, Iracundus*. Glossæ Græcobarb. Ἀγριόθυμος, ἀγριόψυχος, θηριώδης, θυμοτιάρης. Alibi: θυμοτιάριδες, καρδίσιμοι.

ΘΥΜΟ´Σ, pro χυμὸς, usurpari à Myrepso sect.1. cap.300. (in MS. verò Cod.cap.294.) observat Fuchsius: δίδοται δὲ καὶ εἰς παντοίας βῆχας, καὶ εἰς θυμὸν τοῦ κατερχόμενον εἰς θώρακα.

ΘΥ´ΡΑ, *Aula Turcica*; vulgò etiamnum *Porta*, seu potius Janissariorum Schola militaris, ad Sultani custodiam. Laonicus lib.1. pag.9. Edit. Genev. de Otomano Sultano Orthogulis F. τοῦτον δὲ ἴσμεν ἡμᾶς τῆς φύσεως, οὐδὲ τάτε ἄλλα ὡς οἷόν τε ἄριστα καταστάντα, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τὸ ἐπιτηδειότατον αὐτῷ καταστησάμενον, τάξιν τε πρώτην ἀποδείξασθαι ἀμφ' αὐτὸν, ἣν Θύρας Βασιλέως καλοῦσι, καὶ ταύτῃ γε τῇ δυνάμει τὸ ἀπὸ τοῦ δε διατιθέμενον δέει τῷ ἀμφ' αὐτὸν κατέχειν τοὺς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ξύμπαντας ἐν τάχει παραγινομένους, ὅπη ἂν αὐτῷ δοκοίη, &c. & lib.5. p.150. αἱ μὲν οὖν Θύραι ὧδε πῆ ἔχουσαι, πεζοὶ πάρεισι τῷ Βασιλεῖ ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους, καὶ ἐνίοτε ἀμφὶ τοὺς μυρίους. Et pag.151. Θυρῶν πρυτανεῖς, Βιζύειδες οὗτοι καλούμενοι. Vide Πόρτα.

Ἀρχίθυρα. Lexicon MS. Cyrilli: Ἀφετηρία, ἀρχίθυρα τοῦ ἱπποδρόμου.

Οἱ ΘΥ´ΡΑΘΕΝ, οἱ θύραζε, *Qui sunt extra Ecclesiam, Pagani, Gentiles*: ut Græcis dicuntur οἱ θύραζε, οἱ θύραθεν, *Externi, Alieni*. Michaël Psellus de Operat. Dæmon. pag.30. καὶ τοῖς ἡμετέροις, καὶ τοῖς θύραζε, καὶ τοῖς ἀποτέρω, καὶ θύραθεν εἰθὸς ἔστι, τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων, σωματώδη λέγειν. Hinc Literæ prophanæ dictæ θυραῖαι, apud Nicetam in Balduino num.2. ἀνὴρ ἥκων διὰ πάσης σοφίας, καὶ παντοίαν μάθησιν λογικὴν, ὡς οὐδεμίαν ἕτερος ἐπιὼν, ὅσαι τε θυραῖαι, καὶ ὅσαι ἡμέτεραι. Sic apud Joannem Hierosol. Patr. in Vita S. Joannis Damasc. pag. 238. Edit. Rom. οἱ θύραθεν σοφοί. Et antè, ἡ θύραθεν σοφία, & infrà, ἡ παιδεία καὶ φιλοσοφία θύραθεν. Vita S. Euthymij n.6. καὶ παιδείας ἐρασαὶ τῆς θύραθεν οὐκ ἀμελεῖς ὄντες. Et num. 162. μηδὲ παιδείᾳ τῇ θύραθεν ἐντετριφὼς ὤν. Vita S. Lucæ Junioris pag. 989. Θεοφύλακτος οὗτος ἦν ὁ σοφὸς, ὃς τῆς θύραθεν σοφίας διδάσκαλος ὤν, &c. Nicetas Paphlago in Vita Ignatij Patr. Constantinopol. ἐπιστήμη τῆς θύραθεν. Zonaras in Alexio: λόγοις ἐντεθραμμένος τοῖς τε θύραθεν καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς. Nicephorus Gregoras Orat. in Constantinum M. οὔτε τῶν θύραθεν σοφῶν, Ἑλλήνων δηλαδὴ καὶ Αἰγυπτίων, &c. Manuël Magnæ Ecclesiæ Rhetor adversus Plethonem: Γεννάδιος ὁ καὶ Σχολάριος, ὁ τά τε θύραθεν, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας ἄκρα περιουσίᾳ πεφθακὼς ἐν τέλει ἀγχινοίας. Adde Symeonem Logothetam in Michaële Theophili F. num. 31. Vide Ἔξω.

Ἀπὸ τῶν θυρῶν, Formula de iis qui ex aliquo ministerio emittuntur. Nomocanon Coteleriani n.136. ὁ ἀνὴρ ἕως τῆς κ'. χρόνων συλλειτουργῶν τῷ ἱερεῖ, ἐπέκεινα δὲ ἀπὸ τῶν θυρῶν.

ΘΥ´ΡΑΦΟΣ, ἡ ἀράχνη, in Glossis Jatricis MSS. ex Cod. Reg. 190. *Aranea*. Vide suprà Θηράφιον.

ΘΥΡΕΟ´Σ, *Major Clypeus*. Asclepiodotus in Arte Tactica MS. θυρεοφόρον, ὅταν ἀσπίδας ἐνίοι φοροῦσι

παραμήκεις διὰ τὸ συνεπισκέπτεσθαι καὶ τὸν ἵππον. Leo in Tacticis cap.6.num.25. ὁπλίσεις μετὰ τὸν πεζὸν σκουτάτον, τὸν πάλαι καλούμενον ὁπλίτην, σκουτάριον, ὅτε μὲν χρεία καλεῖ, ἐπιμήκες μέγα, ὃ καλεῖται θυρεός. Et num.35. καὶ γὰρ σκουτάρια ἐποίουν αὐτοῖς στρογγύλα παραμήκη μεγάλα, ἃ ἔλεγον θυρεούς. Adde num.32. Idem cap.14. ἔχοντες σκουτάρια μεγάλα ἐπιμήκη, ἅπερ λέγουσι θυρεούς, ὥστε σκέπτειν ὅλα τὰ σώματα, ἀνδρὸς ἔχοντα μῆκος. Vide rursum cap.19. §.183. & Notas ad Alexiad. pag.395.

ΘΥΡΕΠΑΝΟΙ΄ΞΙΑ, *Ædium Sacrarum Encænia.* Vide Menæa 22.Decemb. & supra in Ἀνοίξια.

ΘΥΡΙ΄ΔΑ, *Fenestra*, Σαλάμβη, in Corona pretiosa: pro θυρίς.

ΘΥΡΟΚΑ΄ΡΦΙΑ, *Cardo, Cardines*, Στρόφιγξ, γίγγλυμος. Vide Κάρφος.

ΘΥΡΟΚΥ΄ΚΛΙΟΝ, Cosmas Hieromonachus MS. de Chymia: εἰς καθαρὸν ἔβαλε ὕελον· τοῦτο εἶναι ἐπιβαλτέειον· ἔσω οὖν τὸ στόμα αὐτοῦ στενότερον τῆς κοιλίας αὐτοῦ, ὁποῖα δεῖτα εἰσὶ τὰ θυροκύκλια, καὶ τὸ στόμα ἐμφράξας μετὰ πηλοῦ, &c. Puto hanc vocem corruptam esse, atque intelligi θηρίκλεια, vasa scilicet de quibus consulendus Lazarus Bayfius lib.de Vasculis p.133. & quorum etiam mentionem agunt Anna Comnena pag.293. & Nicetas in Man. lib.3. num. 6. vix enim putem hâc voce intelligi annulos seu circulos forium. Vide Θρύλαιον.

ΘΥΡΣΙ΄ΝΗ, Cypriis, *Orobanche*, apud Interpolat.Dioscorid.c.360.

ΘΥ΄ΡΣΙΟΝ, *Thymus*, apud Interpol. Dioscor. cap.439.

ΘΥΡΣΙ΄ΤΗΣ, *Ocimastrum*, apud Interpolat. Diosc. c.610.

ΘΥΡΩΡΟ΄Σ, *Ostiarius*, primus gradus Ordinis Ecclesiastici: in Concilio Laodic. Can.24. apud S. Epiphanium in Exposit. fidei Cathol. in Concil. Quinisexto Can.4. &c. Vide Gloss. med. Latin. in *Ostiarius.*

Θυρωρὸς, *Ostiaria Monasterij*, in Nov.133.Justin. cap. 3.

ΘΩΛΟ΄Σ, pro Θολὸς, τεταραγμένος, Hesychio. Agapius in Geopon. c.172. μόνον ἂς εἶναι καμπόθεν θωλὰ τὰ νερὰ ἢ νύκτα, νὰ μὴ φαίνεται.

ΘΩ͂Ν, *Chelidonium magnum*, apud Interpolat. Dioscor. c.399.

ΘΩΡΑΚΗ΄ΣΙΟΝ, Θωρακίδιον, pars Cassidis, quæ demissa faciem tegit, & θωρακίζει seu tuetur, unde nomen: Gallis *Visiere.* Anna Comnena lib.1. Alexiad. pag. 13. τοῦτο οὖν θεασάμενος καλύπτει μετὰ τὸ πρόσωπον τῷ θωρακιδίῳ, ὃ τῆς κόρυθος κύκλῳ ἐξήρτητο. Ubi Editio Hoeschelij habet Θωρακησίῳ. Nicephorus Bryennius id ipsum enarrans, καλύψας τὸ πρόσωπον τῷ ἀπηωρημένῳ θωρακιδίῳ. Vide Not. ad Alexiad. pag. 228.

ΘΩΡΑΚΕΙ͂ΟΝ, Θωράκιον, *Lorica, Munimentum Muri, Propugnaculum, Murus ipse.* Scholiastes Æschyli ineditus in Septem ad Thebas: Θωρακεῖα δὲ τὰ τείχη λέγονται, διὰ τὸ τὴν πόλιν δίκην θώρακος αὐτὰ ὑπενδιδύσκεσθαι γύρωθεν. Glossæ MSS.Reg. Θωρακεῖον, τὸ τεῖχος· Θωρακίοις, προμαχῶσι, δρυφάκτοις, ἢ λωρικίοις. Aliæ: Θωράκιον, τὸ τεῖχος. Nicetas in Joanne num.8. καὶ πρὸς γῆν τὰ τείχη, καὶ τὰ τούτων κατήρειπτο θωράκια. Vide præter Suidam & Lexicographos, Salmasium ad Hist. Aug.pag.483.

ΘΩΡΕΙ͂Ν, *Videre, Aspicere*, pro Θεωρεῖν. Historia Apollonij Tyrij:

> Καὶ ὅλοι παραξενίζουνται, καὶ στέκουν, καὶ θωροῦσι, &c.

Passim ibi.

Θωρία, vel Θωριὰ, vel Θοργιὰ, *Visus, Aspectus, Obtutus, Species, Facies*, ὄψις, θέαμα, ὅραμα, βλέμμα. Glossæ Græcobarb. ἄβρωμα, στολῆς γυναικὸς εἶδος, θωρία ἢ θεωρία ῥούχου γυναικισίμου. Rursum: ἄσχημος, ἄνοστος, ὁπουδὲν ἔχει καλὴν θωρίαν. Anonymus de Nuptiis Thesei lib. 6.

> Ἔμορφος καὶ περιχαρὸς, εὐγενικῆς θωρίας.

Idem lib.4.

> Νὰ ἔβλεπα καμία φορὰ τὴν ἔμορφη θορία σου.

Item *Fenestra.* Idem Anonymus lib.7.

> Τὸ ἕνα θόριε ἀντικρὺς, ὅθε βγαίνει ὁ ἥλιος.

Ὀξύθωρος, *Lynceus.*

Θοριακὸς, *Aspectu jucundus, suavis.* Idem Anonymus de Nuptiis Thesei lib. 3.

> Ἔμνηστος ἦτον, θοριακὸς, ὅλος τῆς κοντεσίας.

Θωρετὸς, *Spectabilis.* ἀξιόθεατος.

Ἀγριοθωρεῖν, *Torvum videre, Torvo vultu esse.* Glossæ Græcobarbaræ: ἀγρίως βλέπειν, νὰ ἀγριοθωρεῖ.

Κακοθώρητος, *Deformis visu.* Eædem Glossæ: δυσειδὲς, κακόμορφον, κακοθεώρητον, κακοθώρητον.

I.

Ι΄ΑΜΑΣ, *Iuridicus*, in Gloss. S. Benedicti, Cap. de Magistratibus.

Ι΄ΑΝΙΤΖΑ΄ΡΟΙ, Ἰανιτζάριοι. Vide in Γενιτζάροι.

Ι΄ΑΟΥΡΤΙ΄, *Lac Acidum*, Constantinopoli.

Ι΄Α΄ΡΙΝ, Ἰάριον, *Ærugo.* Ἰάριν, χαλκοῦ ἄνθος, in Glossis Jatricis MSS. ex Cod. Reg.190. in aliis ex Cod.1673. Ἰάριν, ὁ ἰὸς χαλκοῦ. Glossæ aliæ Græcobarb. Ἄνθος χαλκοῦ, τὸ ἤαριν, τὸ βέρδε ῥάμα. Neophytus MS. ἰὸς, τὸ ἰάριν. Glossæ Botanicæ MSS. ἰὸς, τὸ ἰάριον. Lexicon Chymicum Joannis Garlandij, pag. 66. *Iarim, id est viride rame*, seu æris. Matthæus Sylvaticus: *Iarin, id est ærugo campana, vel Viride.* Id nempe quod nostri *Verd de gris* vocant. Myrepsus sect.3. cap.62. ex Cod. MS. βερδεράμον, ἤτοι ἰάριν.

Ι΄ΑΡΟ΄ΧΡΕΙΑ, *Poples*, Gallis *Iaret.* Hesychius: ἰαρόχρεια, τὴν ὀσφρύν, Ἰταλοί. Fortè Leg. Ἰαροκρέας, poplitis pars carnosa.

Ι΄Α΄ΣΜΗ, Persis, *Iasminum*, ἰάσμινον, apud Interpolat. Dioscorid. ubi ejus confectio describitur.

Ι΄ΑΤΗ΄Ρ, sic appellata Manuëlis Comneni Imp. Novella seu Χρυσόβουλλος λόγος, περὶ δικαιωμάτων τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν, ὡς ἰώμενος τὰ χωλωθέντα ἴσως δικαιώματα τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν, ἐπισκόπων δηλονότι, καὶ μητροπόλεων καὶ αὐτῆς μεγάλης ἐκκλησίας. lib.2. Juris Græco-Rom. pag. 149. & apud Balsamon. ad Can. 12. VII. Synodi pag.311. Edit. Oxon.

Ι΄ΑΤΡΙ΄ΝΗ, *Medica, Obstetrix*, Glossæ Biblicæ MSS. μαῖαι, αἱ ἰατρῖναι, αἱ βοηθοῦσαι τῶν γυναιξὶν ἐν τῷ τίκτειν. Ita appellantur apud Alexandrum Aphrodis. in Problem. Michaëlem Attaliatam in Synopsi

nopsi tit.49. & in lib.54. Basilic. tit. 14. §.1. lib.60. tit.3. §.9. Vide Gloss. med.Lat.in *Medica*.

ἸΑΤΡΟΣΟΦΙΣΤΗ'Σ, *Medicus simul & Medicinæ Professor*: nam ἰατρικὴν dividebant Veteres in διδασκαλικὴν & ἐργάτιδα, ut est apud Damascium in vita Isidori, id est in Theoricen & Practicen. Unde Eunapius in Zenone, ejusmodi Medicos vocat ἐξησκημένους λέγειν τε καὶ ποιεῖν ἰατρικήν. Apud Suidam in Agapio, ἰατρικῶν μαθημάτων ἐξηγητής. Callisthenes in Vita Alexandri M. MS. καὶ ἐκαθέζετο ἐκεῖ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ὡς ἰατρὸς σοφιστὴς πολλοὺς ἀστρολογούμενος, ὡς Προφήτης Αἰγύπτιος. Socrates lib.7. cap.13. de Adamantio: ἰατρικῶν λόγων σοφιστής. Apud Stephanum Byzantium in Γάζα, de Gesio, qui vixit sub Zenone Aug. ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστής, qui quidem ἰατροσοφιστὴς dicitur Suidæ, & Zachariæ Scholastico de Opificio mundi pag. 458. 481. Theophanes an. 1. Philippici, de quodam Nicolao: σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης. Apud Theophilum Protospatharium de Urinis, laudatur Μάγνος ὁ ἰατροσοφιστής. Cedrenus, ἀφ' ὧν οἱ τῶν Ἑλλήνων ἰατροσοφισταὶ σφετερισάμενοι, καὶ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες, τὰς οἰκείας συνεστήσαντο τέχνας. Vide Gesnerum in Scholiis ad Cassij Problem. p.57.

Ἰατροσόφιον, *Liber de Medicina*: quo nomine recentiorum Græcorum Medicorum opera complura laudantur à Petro Lambecio lib.6. Commentar. de Bibl. Cæsar. p.101.154.157.& 159. Laudatur etiam in Indice MS. Bibliothecæ Monast. S. Trinitatis Insulæ Chalces ἰατροσόφιον περιέχον διάφορα, μῆκος β'.

ἸΒΑΓΚΟ'Σ, pro *Ioannes*, dixisse Bulgaros observat Nicetas in Alexio lib.1. num.5. Ἰβαγκὸς ὄνομα τοῦ δὲ, σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὸ Ἰωάννην. Adde num.6. lib.3. num.2. &c. Sic Joannis Castriotæ, Georgij seu Scanderbegi Patris, ditiones, τὴν Ἰβάνεω χώραν vocat Laonicus lib.5. pag.164. Edit. Genev. Paulus Oderbonius de Russorum Religione & Moribus, ait Κὺρ βελικὶ Ἰβὰν, Russorum linguâ sonare, *Princeps magnus Ioannes*. Vide Leunclav. in Pand. Turc. num. 121. 142.

Ἰ'ΒΕΝΤΟΝ. Vide ἰνβεντάριον.

Ἰ'ΒΗΡΙΣ, *Nasturtium*, apud Interpol. Dioscor. c.373. & Apul.c.20.

ἸΒΡΥ'ΚΑΛΟΣ, ὁ χοῖρος, in Glossis MSS. Reg. Cod. 2062. Hesychius & Phavorinus legunt ἰβρίκαλος.

Ἰ'ΓΓΛΑ, *Cingulum sub ventre equi*, apud Crusium pag.188. pro σίγγλα, *Cingulum*, quomodo Galli dicunt *La cengle du Cheval*, Ital. *Cinghia*. Proinde evanescit Meursij conjectura, qui vocem detortam putat ex *Iungla*, quæ ζώνη ζευκτική redduntur in Gloss.Gr.Lat. longéque aliud sunt à cingulo equi.

Ἰ'ΓΓΡΟΣ, *Cerebrum*. Hesychius: ἴγγρος, ὁ ἐγκέφαλος. Georgius Sanginatius de Partibus corporis humani:

Καὶ ἴγγρος ὁ ἐγκέφαλος, λαιμὸς, ὁ βρέγχος ἐστίν.

Ἰ'ΓΔΙΟΝ, *Mortarium*, ἴγδη. Suidas in Etymolog. ὅλμος, μυρεψικὸν σκεῦος, τὸ ἴγδιον λεγόμενον παρ' Ἰταλοῖς. Moschopulus: ὅλμος, τὸ κοινῶς ἴγδιον.

ἸΓΔΟΚΟ'ΠΑΝΟΝ, *Pistillum*. Est enim ἴγδη & ἴγδις, ἔνθα μίσγομεν τὰ ἀρτύματα, ut est apud Phavorinum: *Mortarium*. Glossæ MSS. Reg. ex Cod. 2062. & Colbert. 2218. ὅλμος ἐστὶ κοῖλος λίθος εἰς ὃν κόπτουσιν ὄσπρια καὶ ἄλλα τινὰ ἢ ἐν ᾧ πτίσσουσι τὰς κριθὰς, καὶ τὰ παχύτερα τῶν μυρεψικῶν καταλεαίνουσι· τὸ δὲ τύπτον τὰς κριθὰς, ὕπερον λέγεται, ὃ ἐστιν ἰγδοκόπανον. Glossæ aliæ ex Cod.930. ὕπερον, τὸ ἰγδοκόπανον.

ἸΓΚΛΙΚΟ'Σ, *Anglicus*. Eustathius Iliad. γ. ὅτι δὲ καὶ βόρειοι πυγμαῖοι περὶ που τὰ τῆς Θούλης ἀντίπερα ἔνθα τὰ Ἰγγλικά.

Ἰ'ΓΚΟΛΑΣ, ἴγκολος, *Incola*. Glossæ Basilic. ἴγκολος ὁ πάροικος, ὃς καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πόλει ἢ ἐν χωρίῳ τὴν οἴκησιν ἐκτήσατο. Modestinus JC. lib.1. Excusat. εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὁ ἐν ἀγρῷ καταμένων, ἴγκολας οὐ νομίζεται· ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἐξαιρέτοις μὴ χρώμενος, οὗτος οὐ νομίζεται ἴγκολας.

ἸΔΙΑ'ΡΙΟΝ, *Beneficium Ecclesiasticum*. Græcus Interpres Concilij Lateranensis an.1215. cap.3. εἰ δὲ κληρικὸς εἴη, ἀπὸ παντὸς ὀφφικίου καὶ ἰδιαρίου καθαιρείσθω. Ubi Lat. *Ab omni Officio & Beneficio deponatur*: cap.11. de Magistris Scholasticis: ἵνα παρ' ἑκάστης Καθεδρικῆς ἐκκλησίας διδασκάλῳ τῷ τοὺς Κληρικοὺς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς λοιποὺς φοιτητὰς πτωχοὺς δωρεὰν παιδεύοντι, ἁρμόζον ἰδιάριόν τι παρασχεθῇ, ubi Lat. *Aliquod competens Beneficium præberetur*. Ita denique cap.32.

Ἰ'ΔΙΚΟΝ, *Privatum Patrimonium*, *Res privatæ Principis*. Balsamon in tit. Photij de Fide cap.5. Πριβάτον λέγεται κατὰ Λατίνους τὸ ἰδικόν. Lib.6. Basilic. tit.1. cap.15. & 59. Κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας, *Comes privatarum*. Lib.7. tit.5. cap.98. ἐὰν ὁ μισθωτὸς ἢ δοῦλος τῶν ἰδικῶν κτημάτων τοῦ βασιλέως ἡμαρτηκέναι τι λέγεται, &c. cap.99. ἐὰν ἀδικητῶσι παρὰ τοῦ διοικοῦντος τὰ ἰδικὰ τοῦ βασιλέως. Et tit. 18. cap.20. ὁ βασιλεὺς ἀντέγραψεν οὕτως· ὁ προκουράτωρ τῆς ἰδικῆς μου λόγου, &c. Qui porro προκουράτωρ τῆς ἰδικῆς hîc dicitur, Ἐπὶ τῆς ἰδικῆς appellatur in inscriptione Epist. 240. ex Photianis. Ita etiam appellabatur Constantinopoli ædes in qua recondebantur *Privata* Principis, de qua diximus in Constantinopoli Christiana lib.2. sect.9. num.10. pag.154. Alexij Comneni Monita ad Spaneam Nepotem, MSS.

Καὶ ἔνι καλῆ σοσπείτη σου φυλάγη τὸ ἰδικόν σου.

Infrà:

Ὅταν τὸ λύψει τίποτες, ἢ ὡσὰν χάσῃς τὸ ἰδικό σου.

Ἰ'ΔΙΚΟ'Σ δικαστὴς, *Specialis Iudex datus*, in Basilicis.

Ἰ'ΔΙΚΤΟΝ, *Edictum*. Lexicon MS. Colberteum Cod. 6076. & Glossæ Basilic. ἴδικτον, προσφώνησις. Perperam in Glossis script. ἴνδικτον. Theodorus Lector Ecl.1. Extr. δι' ἑτέρου ἰδίκτου καταλύσας τὰ πρότερα. Evagrius, lib.4. cap.39. τὸ καλούμενον πρὸς Ῥωμαίων ἴδικτον γράφει. Cyrillus Scythopolitanus in Vita MS. S. Sabæ cap.74. διάτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἰδίκτων. Adde cap. 85. Theophanes an. 10. Valentiniani M. ἴδικτον δὲ Οὐαλεντινιανὸς ἔγραψεν τοῖς ἐν Ἀσίᾳ, &c. Idem an.38. Justiniani: τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἰουστινιανὸς ὁ Βασιλεὺς τὸ περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου κινήσας δόγμα, καὶ ἴδικτον πανταχοῦ καταπέμψας ἀλλότριον εὐσεβείας, &c. Idem an.20. Heraclij: τότε δὴ ὡς μέγα τι νομίζων ποιεῖν, ἐκτίθεται τὸ λεγόμενον ἴδικτον, περιέχον, &c. Vita S. Maximi Confess. num.12. de eod. Heraclio: καὶ ἐγγράφοις τύποις, καὶ τῷ λεγομένῳ ἰδίκτῳ τὸ ἄτοπον βεβαιοῖ. Lib.1. Basilic. cap.55. ὅπερ δείκνυται ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν γραφέντων διαφόρως λόγων τε καὶ ἰδίκτων. Vide Cedrenum, p.312. 388.

Ἤδικτον. Synodus Constantinopol. VI. Act. 4. Ἀπολλιναρίου αἱρετικοῦ κατὰ Διοδώρου πρός τε κείμενον ἐν τῷ ἠδίκτῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Βασιλέως. Occurrit rursum in eadem Synodo pag. 1110. Pæanius seu Capito Lycius in Paraphrasi Eutropij lib. 8. *composuit edictum*, addit, ὃ μέχρι νῦν Ἀδριάνιον καλεῖται κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν φωνὴν ἤδικτον περπέτουον. Nicephor. Callist. lib.17. cap.29. τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον ἤδικτον γράφει. Vide Ἔδικτον.

Ἰ'ΔΙΟΔΟΜΕ'ΣΤΙΚΟΣ. Vide in Δομεστικός.

Ἰ'ΔΙΟΚΑ'ΒΑΛΛΟΣ. Vide in Καβαλλος.

Ἰ'ΔΙΟ'ΚΑΣΤΡΟΝ. Vide in Κάστρον.

ΙΔΙΟΚΤΗΤΟΝ, *Peculium*, in Basilicis. Glossæ: ἐμαγκιπάτων, ἰδιοκτήτων. Ἐμαγκιπάλιωνι, αὐτεξουσιότητι, ἰδιοκλήτῳ. Glossæ Lat. Gr. *Peculiaris*, ἰδιόκτητος. *Peculium*, περιουσία, Περίκτησις, ἴδιον, &c.

ΙΔΙΟΜΕΛΟΝ, scilicet τροπάριον, sic dictum, quòd ἴδιον μέλος habeat, seu peculiari sibi, (gravi nempe & concinnâ,) voce recitetur, cùm contrà εἱρμὸς aliâ, ad sui normam, decantetur. Ita Goarus ad Euchologium pag. 206. ex Ligaridio. Triodium in Dominica τῆς ἀποκρέω. ἀναστάσιμα τῆς ὀκτωήχου δ'. καὶ ἀνατολικὸν ἕν, καὶ τῆς ἀποκρέω ἰδιόμελα τρία. Infrà: καὶ λέγομεν ἰδιόμελον τῆς ἡμέρας. Rursum: ἰδιόμελον ἑωθινόν. Alibi: καὶ ψάλλομεν τὸ ἰδιόμελον τῆς ἡμέρας, δίς. Euchologium Goari pag.187. 517. στιχηρὰ ἰδιόμελα. pag.201. μετὰ δὲ τὸ Κύριε ἐκέκραξα, ψάλλει τὸ ἰδιόμελον τοῦ τριωδίου τῆς ἡμέρας, καὶ τὰ μαρτυρικὰ, καὶ τοῦ μηναίου. Adde pag. 556. Symeon Thessalonicensis Responso 57. καὶ τριώδια ψάλλειν καὶ ἰδιόμελα, κατὰ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν διετύπωσαν. Codinus de Offic. Aulæ Constantinopol. cap.7. num. 23. καὶ ψάλλουσιν ἰδιόμελον τὸ τῆς ἑορτῆς. Adde cap.10. num.5. ἰδιόμελα καὶ τροπάρια τῶν Κανόνων, apud Joannem Plusiadenum pro Concil. Florent. pag.643.

Ἰδιόμελα ἑωθινὰ, *Quæ sub ortum solis canuntur*, & describuntur sub finem Paracletici pag. 185. ubi dicuntur ab Imp. Leone Philosopho fuisse composita. Vide in Ἐξαποστειλάριον.

ΙΔΙΟΡΙΘΜΟΙ. Allatius lib. 3. de utriusque Eccl. consens. cap.8. §. 8. observat apud Græcos, Monachorum alios dici κοινοβιακοὺς, alios ἰδιορρύθμους; ac *Cœnobiacos* quidem, non tantùm qui simul habitant, sed communi habitatione ex uno vestiario vestiuntur, & ex uno Cellario pascuntur, & eadem officia & exercitia funguntur: ἰδιορρύθμους verò, qui suo more vivunt, & ut illis collubitum est. Nam antequam habitum induant, certâ pecuniâ corrogatâ, ad sui necessarios usus, sibi per Monasterium subministrandos, cellam obtinent, & quotidie panem ac vinum, quæ aliis etiam tradi solent à Cellario, ad victum accipiunt; reliqua sibi ipsi provident, & sic ab oneribus Monasterij immunes, sua peragunt, & negotiis operam dant, & cùm placet, ad Officia celebranda cum aliis in Ecclesiam conveniunt: ac eorum denique bona cùm moriuntur Monasterio cedunt.

ΙΔΙΟΡΥΤΟΝ, *Leontopodium*, apud Interpol. Dioscor. cap.713.

ΙΔΙΟΤΕΙΧΟΣ. Epiphanius Hagiopolita de Locis Sanctis, pag.50. καὶ ὁ ναὸς τοῦ Σολομῶντος ἰδιότειχα.

ΙΔΙΟΧΕΙΡΟΝ, *Scriptum manu propriâ exaratum*, *Syngraphum*, *Chirographum*. Novella Constantini Porph. περὶ ἀναδόσεως, &c. Καὶ ἰδιόχειρα ἀμοιβαῖα ἀσφαλιζομένου ἑκατέρου. Disputatio Gregentij pag. 203. καὶ πᾶσαν πονηρὰν ψῆφον ἀναιρῶν, καὶ ἰδιόχειρα ἀσφαλείας παρὰ τῶν μεγιστάνων ἀπαιτῶν πρὸς τὸ μὴ ἀδικεῖν πένητας, &c. Constantinus de Adm. Imp. cap.31. συνθήκας καὶ ἰδιόχειρα ἐπιστώσατο. Utuntur alij, Nicephorus Paphlago in Vita Ignatij Patr. Constantinopol. pag.1255. & 1267. Edit. Labbei, Harmenopulus lib.1. tit.8. §.10. &c. Vide Salmasium de Modo usurarum, cap.10. Extr.

Ita porrò præsertim appellant Scriptores Byzantini, *Fidei professionem*, quam ab Imperatoribus recèns creatis aut evectis, & priusquam Coronâ donarentur, exigebant Patriarchæ Constantinopolitani, seu περὶ ὀρθοδοξίας, ut loquitur Leo Grammaticus in Leone Armenio, initio; ὁμολογία ἰδίαις χερσὶ ἐγγράφως παραδοθεῖσα, ut ait Codinus de Offic. palat. cap.17. num. 1. ubi ea describitur num. 3. & 4. Theophanes an.17. Zenonis: βιαζόμενος δὲ αὐτὸς ὁ Βασιλίσκος Ἀριάδνης, καὶ τῆς συγκλήτου, ἔλαβεν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον, πῶς ἀποδέχεται εἰς ὅρον πίστεως τὰ δόγματα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Suprà, ἔγγραφον vocat, ut & an.9. Nicephori: Νικηφόρος δὲ ὁ Πατριάρχης ἔγγραφον ἐξ ἰδιοχείρου παρὰ Μιχαὴλ ἀπῄτησεν περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Adde pag.405. Auctor incertus post eundem Theophanem pag. 431. πρότερον ποιήσας ἰδιόχειρον μετὰ τῆς συνόδου αὐτοῦ, μηδέποτε κατὰ τῆς ἐκκλησίας χωρῆσαι, ἢ παρασαλεῦσαι τῶν καλῶς εἰς αὐτὴν ὁρισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἱερῶν δογμάτων. Adde pag. 435. & Vide supra in Ἔγγραφον, & οἰκειόχειρον.

ΙΔΙΟΣΥΝΗ, *Affinitas*. Canonarium Joannis Monachi pag.112. καὶ ὅταν ἁπάντων τούτων ἐξείπωσι τὰς διαφορὰς, πάλιν ἐρωτᾶν αὐτοὺς περὶ τῶν αἱμομιξιῶν, μήπως εἰς συγγενείας τινὰς ἢ ἰδιοσυνας ἔπεσαν.

ΙΔΙΩΤΑΙ, *Plebeij*, *Pagani*, in Nov. Justin.8. cap.6. Nov.22. cap.47. Nov.30. cap.1. Nov.31. &c. Item *Rudes*, *Indocti*, ut apud Joannem Cananum de Bello Constantinopol. initio, &c. Macarius Homil. 26. εἰς χωρίον ἐὰν τις ἀπέλθῃ, ὀλίγα γράμματα εἰδὼς, ὅπου εἰσὶν ἰδιῶται, δοξάζεται ὑπ' αὐτῶν σχολαστικὸς, ἐπεὶ χωρικοί εἰσιν, ὁλοτελῶς μὴ εἰδότες δοκιμάσαι.

Ἰδιῶται, *Monachi Laici*, vel *qui nullo Ecclesiastico gradu donati sunt*. Euchologium in Officio Funeris Monachi: καὶ εἰ μὲν ἱερεὺς ἐστὶν ὁ ἐκδημήσας ἀδελφὸς, τίθεται τὸ τούτου λείψανον ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ· εἰ δὲ ἰδιώτης, ἐν τῷ νάρθηκι. Symeon Thessalon. Opusc. contra Hæreses: καὶ τοὺς μὲν καθηγουμένους καὶ ἱερωμένους ψάλλουσιν ἔνδον τοῦ ναοῦ, τοὺς ἰδιώτας δὲ μοναχοὺς, ἢ καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἐν τῷ νάρθηκι. Vide Goarum ad idem Euchologium pag. 19. 23. & Gloss. med. Lat. in *Idiota*.

Ἰδιωτία, *Rusticitas*, *Simplicitas*, apud Theophanem an.10 Leonis Isauri.

ΙΔΡΙΩΜΕΝΟΣ, pro ἡδρασμένος. Constantinus de Adm. Imp. ἐπεὶ εὐγενὴς καὶ φρόνιμος, καὶ ἱδρωμένος ὑπάρχει. Alibi vocat ἡδρασμένους καὶ πιστούς.

ΙΔΡΟΜΑΧΙΟΝ, *Stragulum equi sellæ substratum, quo illius sudor cavetur, & à sessore vitatur.* Codinus de Offic. Aulæ Constantinopol. cap.3. n.8. ἡ σέλλα τοῦ ἵππου αὐτοῦ διβολέα· ὡσαύτως μετὰ λίθων μαργαριταρείνων ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη τοῦ ἱδρομαχίου, ἔχουσα καὶ μαργέλλιον ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, ὡς καὶ ἡ βασιλική. Formam verò ejusmodi ὑδρομαχίων inspicere licet in Bulla aurea Balduini II. Imp. Constantinopol. à nobis delineata in Familiis Byzantinis p.216.

ΙΔΡΥΣ, *Quercus*. Glossæ ad Iliadem Barbarogr. Nicolai Lucani: Δρυῶ, ἴδρυω, τὸ δένδρον.

ΙΔΡΩΤΑΣ, *Sudor*, ἱδρὼς, in Corona pretiosa.

ΙΕΒΑΑ, Afris, *Gramen*, apud Interpol. Dioscorid. cap.610.

ΙΕΝΕΙΑ, *Barba*, γένειον, in Turco-Græc. Crusij.

ΙΕΡΑ, *Ordo Sacer*, *Ecclesiasticus*. Nomocanon Cotelerianus num.287. τὸ δὲ ψαλτήριον ὑπὸ μεγάλης σωτηρίας γέγονεν τῇ ἱερᾷ.

ΙΕΡΑ βοτάνη, ἢ ὀρθὴ περιστερὰ, καὶ ὑοσκύαμος, in Glossis Jatricis MSS. Neophyti. *Peristereon rectus*, vel *Hyoscyamus* seu *Apollinaris*. Item *Vetonica*, apud Anton. Musam de Vetonica cap.1. *Verbenaca*, apud Apul. c. 3.

ΙΕΡΑΙ πυλαὶ, *Portæ Sanctæ*, quibus à ναῷ in Sacrum Βῆμα aditus patebat. Passim occurrunt in Libris Ecclesiasticis Græcorum. Symeon Thessalon. de Sacris Ordinat. cap.3. de Subdiacono: καὶ φυλάσσει μὲν τὰς πύλας τὰς ἱερὰς ἵνα μή τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ τοῦ βήματος. Vide nostram Constantinopolim Christ. lib.3. n.7.

ἹΕΡΑΚΆΡΙ, *Falconarius*, *Auceps*, apud Petr. Bellonium lib. 1. Observat. cap. 11.

ἹΕΡΑΚΟΠΟΔΙΟΝ, *Lychnis silvestris*, apud Interpol. Diosc. c. 521.

ἹΕΡΑΚΙΤΑΙ. Theophanes an. 24. Leonis Isauri: ἐκάησαν ἀγοραὶ ἐν Δαμασκῷ ὑπὸ Ἱερακιτῶν, καὶ ἐφρακισθησαν.

ἹΕΡΑΝΘΕΜΙΣ, *Chamamelon*, apud Apul. de Virtut. Herb. c. 23.

ἹΕΡΑΤΕΙΟΝ, quæ pars sit Ecclesiæ, video controverti. Dionysius Areopag. de Hierarch c. 3. disertè distinguit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατείου, ita ut θυσιαστήριον sit quod Græci vulgo Βῆμα, Latini *Presbyterium*, vocant: ἱερατεῖον verò, *Navis Ecclesiæ*, nam prima sæcula *Chorum*, qualis est hodie, non agnovere, ut observavimus in nostra Constantinop. Christ. lib. 3. num. 77. Dionysius igitur loco laudato, ubi duos statuit demortuorum ordines, sic ait: συναγαγὼν ὁ θεῖος Ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ἔμπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου καταλκλίνας αὐτὸν, ἀπάρχεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατελέγετο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. Quæ postrema verba de Portis Templi intelligenda sunt. Nam Pachymeres in Paraphrasi non omnino sensum Dionysij percepit, ut nec Allatius in Dissert. De Narthece: is enim est, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori ναοῦ parte versùs Portas Templi collocari: ut Presbyteri ante portas Bematis. Eâ notione fortè ἱερατεῖον usurpavit Theophanes an. 14. Zenonis: οἱ δὲ τοῦ Δίου μοναχοὶ τῇ κυριακῇ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀκακίῳ τὴν ἐπιστολήν. Tametsi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipso Bemate accipi. Cùm igitur ἱερατεῖον sit propriè ναὸς ipse, in quo ἱερὸς λαὸς consistebat, inde

Ἱερατεῖον, dicta *Plebs*, seu *Populus Episcopo subditus*, qui scilicet ἐν ἱερατείῳ Ecclesiæ consistit: quomodo fortè *Sanctuarios*, tenentes Ecclesiæ dixit inferior Latinitas, uti docuimus in Glossario. S. Basilius Epist. 263. καὶ γὰρ εἰ καὶ πολυάνθρωπον πῶς εἶναι δοκεῖ τὸ ἱερατεῖον ἡμῶν, ἀλλὰ ἀνθρώπων ἀμελετήτως ἐχόντων πρὸς τὰς ὁδοιπορίας, διὰ τὸ μήτε ἐμπορεύεσθαι, μήτε τὴν ἔξω διατριβὴν αἱρεῖσθαι, τὰς δὲ ἑδραίας μεταχειρίζεσθαι τοὺς πολλοὺς, &c. Idem Epistol. 412. θορύβων δὲ ἀεὶ καὶ ταραχῶν πληρῶν τὴν πόλιν, καὶ σύμπαν τὸ ἱερατεῖον. At

Ἱερατεῖον, in Actis Constantinopoli de Agapio & Bagadio sumitur pro cœtu ac consessu Presbyterorum: καὶ ἑτέρων διαφόρων Ἐπισκόπων, καὶ παντὸς τοῦ ἱερατείου.

ἹΕΡΑΤΙΚΟΙ, *Sacerdotes*, in Concilio Laodic. Can. 19. 24. 27. 41. 42. 54. 55. in Synodo VII. Can. 15. in Synodo Trullana Can. 77. &c. ἱερατικὸν ἀξίωμα, apud Clementem lib. 8. Constitut. Apostol. c. 47. Zachariam Pap. lib. 1. Dialog. cap. 4. lib. 2. cap. 16. &c. ἱερατικὸς κατάλογος, in Canonib. Apostol. Can. 6. apud eundem Clement. lib. 3. cap. 15. ἱερατικὸν συνέδριον, in Cod. Can. Eccl. Africanæ Can. 53. ἱερατικὴ λειτουργία, in Concilio Ancyrano Can. 1. ἱερατικὴ τάξις, apud S. Dionysium de Hierarch. cap. 2. ἱερατικὸν τάγμα, in Concilio Laodiceno Can. 2. S. Basilius Epist. 264. καὶ πάντας μετὰ μιᾶς φωνῆς τοὺς ἱερατικοὺς τῆς ἐν Καισαρείᾳ ἐκκλησίας παρέδωκε τῇ βουλῇ. Ita ἱερωμένους, Sacerdotes non semel vocat Eusebius in Hist. Eccl. ut observatum ab Henrico Valesio ad lib. 1. de Vita Constant. cap. 51. Hisce addo quæ habet Lexicon MS. Cyrilli: Βασίλειον ἱεράτευμα, τοὺς ὀρθοδόξους ἱερεῖς λέγει.

ἹΕΡΙΦΙΟΝ, *Sacellum*. Glossæ Basilic. Σάκελλον, (ita leg. pro σεκέλλου) ἀφίδρυμα, ἤτοι ἱερίφιον.

ἹΕΡΟΒΡΥΓΚΑΣ, *Geranium*, Prophetis, apud Interpol. Dioscor. cap. 538.

ἹΕΡΟΔΙΑΚΟΝΟΣ. Vide in Διάκονος.

ἹΕΡΟΚΗΡΥΞ cognominatur S. Paulus Apostolus à Græcis. Vide Porphyrogenitum in Vita Basilij Imp. cap. 57. Edit. Allatij, & 87. Combefisij. Photius Epist. 117. Παῦλος ὁ μέγας καὶ λαμπρὸς τῆς οἰκουμένης κῆρυξ. Pro Lectore usurpat Martyrium S. Clementis Ancyrani MS. διὰ τοῦτο ψήφῳ τε Θεοῦ ἄνωθεν, καὶ κοινῇ πάντων ὑμῶν τῶν ἐν Γαλατίᾳ γνώμῃ, πρῶτα μὲν ἱεροκήρυξ τῆς ἁγίας αὐλῆς, εἶτα Διάκονος, οὐκ ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ πρεσβύτερος ἀναδείκνυται.

ἹΕΡΟΚΥΚΛΙΟΝ. Manuël Malaxus in Chron. MS. 799. τοῦτο ἐβεβαίωσε διὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν τὰ ἱεροκύκλια τῆς Μονεμβασίας, ὅπου ἔδωκεν Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγος.

ἹΕΡΟΛΟΓΕΙΝ, *Benedicere*, vox propriè usurpata in nuptiarum benedictionibus. Concil. Neocæsariense Can. 6. apud Matthæum Blastarem: περὶ τοῦ μὴ συνεστιάσθαι τῷ διγαμοῦντι τὸν ἱερολογήσαντα. Scylitzes pag. 722. ἱερολογεῖται τῇ Ζωῇ, ὁ αὐτοκράτωρ ἀναγερεύεται Βασιλεὺς, & pag. 733. τοῦ Χρυσοτρικλίνου δὲ κοσμηθέντος, ἐπὶ βήματος καθίσασα ἡ Ζωὴ, ἐξάγει τὸν Μιχαὴλ, καὶ τὸν Πατριάρχην καταναγκάζει ἱερολογῆσαι τοῦτον αὐτῇ. ὁ δὲ τῷ λόγῳ ἐκθαμβηθεὶς, ἵστατο ἐννεός, καὶ πρὸς τὴν ἱερολογίαν ἐνεδοίαζεν. Ita præterea usurpat pag. 864. ἄγεται τοίνυν τὴν Μαρίαν ἀπηρυθριασμένως ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἱερολογεῖται αὐτῇ. Nicephorus Bryennius lib. 3. Extr. de Sacerdote qui Botaniatæ & Mariæ uxoris Michaëlis Ducæ Imp. Nuptiarum ceremoniam peregerat: ὃς καὶ τὴν ἱερολογίαν ἐτέλεσεν. Infrà voce εὐλογεῖν utitur. Zonaras in Constantino Porphyrog. τετέλεστο τὰ γαμήλια τοῦ Πατριάρχου Νικολάου τὴν ἱερολογίαν ποιήσαντος. In Nicephoro Phoca: ἐν τῇ κθʹ τὰ βασίλεια Νέα ἐκκλησίᾳ τῆς ἱερολογίας τῆς γαμικῆς τελουμένης, &c. Et in Nicephoro Botaniata: διὸ καὶ ὁ τὴν ἱερολογίαν τελεκὼς, &c. Georgius Acropolita in Chron. cap. 33. καὶ πληροῦσι τὴν τῶν παίδων συνάφειαν, τοῦ Πατριάρχου Γερμανοῦ τὰ τῆς ἱερολογίας τελέσαντος. Adde Balsamonem ad Can. 38. Epist. 1. S. Basilij ad Amphilochium, & ad Nomocan. pag. 138. 140. 1. Edit. Pachymeres lib. 3. cap. 24. ait προνόμιον esse Chartophylacis, τὸ προστροπαῖς ἐκείνου τὰς ἱερολογίας γίνεσθαι, quæ postea declarat: εἰ γάρ τις ἱερέων — νυμφίους ἱερολογεῖ δίχα τῆς τοῦ Χαρτοφύλακος προτροπῆς. Hinc in Catalogo Officiorum Ecclesiæ Constantinopol. dicitur ἔχειν τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, & ἱερολογεῖν αὐτάς, id est *Penes eum esse Benedictiones nuptiarum, easque benedicere.* Ubi jure Goarum carpit Possinus, qui ἱερολογίας hoc loco, *Registra nuptiarum* interpretatus est in Euchologio. Verùm ipsemet fallitur: neque enim nuptiarum benedictionem impertiebatur, sed licentiam dabat διὰ πιτλακίου nuptias celebrandi. Balsamon ad Can. 9. VII. Synodi, ubi de Chartophylace: τὰ τῶν ἱεροτελεστιῶν πιτλάκια ἐκδίδοται. Clariùs ad Can. 7. Concilij Neocæsariensis ubi de secundis nuptiis: μήτε τοιαύτην ἱερολογίαν ἐμποδίζεσθαι, μᾶλλον μὲν οὖν ὅτε ἐπιτρέπεται διὰ πιτλακίου Χαρτοφύλακος. Ubi Πιτλάκιον, est quod *Dispensationem* in Re nuptiali appellamus. ἱεροτελεστίας porrò voce hac notione utitur rursum idem Balsamon ad Nomocan. Photij, tit. 13. cap. 2. εἰ δὲ οὐκ ἔφθασε γενέσθαι τελεία ἱεροτελεστία, ἀλλὰ μόνη μνηστεία παρηκολούθησε, &c. Vide Gloss. med. Lat. in *Benedictio*.

ἹΕΡΟΜΑΡΤΥΡ. Vide in Μάρτυρ.

ἹΕΡΟΜΝΗΜΩΝ, *Hieromnemon*, Dignitas in Ecclesia Græcanica, quæ duodecima recensetur à Codino cap. 1. ubi ejus munus sic describitur: ὁ ἱερομνήμων, εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τοῦ Ἀρχιερέως· Κρατεῖ δὲ τὸν ἐνθρονιασμὸν, καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας

τονίας. Codex Reg. pro κοντάκιον, habet τὸ κώδικα, omissis vocibus, κρατῶν τὸν ἐνθρονιασμὸν. Codex Allatianus: ὁ ἱερομνήμων, κρατῶν ἐν τῇ παραδόσει αὐτοῦ τὸ κώδικα τῆς ἐκκλησίας βουλλωθέντα παρὰ τῶν Κληρικῶν, καὶ τοῦ Ἀρχιερέως ἐμβαλάντιον· καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστι ἐπίσκοπος, μᾶλλον ἐγκαινίζει ἐκκλησίαν νέαν· σφραγίζει δὲ καὶ Ἀναγνώστας. Ex Ordine Diaconorum est. Joannes Episcopus Citri in Respons. pag. 329. τὸ τοῦ Ἱερομνήμονος δὲ ὀφφίκιον διακόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήκει· ἐπεὶ συνυπουργὸς οὗτός ἐστι τῷ Κανστρισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱεροπρακτεῖν, εἰ δὲ ἱερεύς ἐστιν ὁ Ἱερομνήμων, κενῷ ὀνόματι, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἱερομνημονεῖ· οὐδὲ γὰρ ἐξὸν αὐτῷ ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων, διακόνου τάξιν τηρεῖν. At extremâ Græciâ admissi etiam ad eam Dignitatem Presbyteri. Laudatur enim ab Allatio in Dissert. de Georgiis pag. 411. ποίημα τοῦ εὐτελοῦς καὶ ἀχρείου Ἱερομνήμονος ἱερέως Γεωργίου πνευματικοῦ πατρὸς &c. Ejusdem Dignitatis meminit præterea Demetrius Gemistus MS. de Liturgia Patriarchæ: ὁ δὲ μέγας χαρτοφύλαξ ἀπέρχεται μετὰ τοῦ Ὑπομνηματογράφου καὶ τοῦ Ἱερομνήμονος ἑπομένων αὐτῷ, &c. Et Sguropulus in Hist. Concilij Florentini sect. 3. cap. 15. καὶ οἱ ἑξῆς ὀφφικιάλιοι ἄρχοντες πάντες σχεδὸν, πλὴν τοῦ Ἱερομνήμονος, &c. Id Officij obierat Joannes Patr. Constantinopol. sub Alexio Comneno, ut est in Catal. Patr. Constantinopol. Obiit etiam Georgius Pachymeres. Vide Euchologium pag. 623. 832. Allat. de Georgiis pag. 365. & 411. & Epistolam Ecclesiæ Constantinopolitanæ ad Bohemos.

At Græci veteres ἱερομνήμονας vocabant, qui sacrificia in Commentarios regerebant, quæ à quocunque facta essent, & Ordinem ritúmque faciendorum monebant ex jam factis. Hesychius: Μνάμων, ἱερομνήμων, ἢ Μνήμονες οἱ τὰς θυσίας ἀπομνημονεύοντες. Meminit præterea Harpocration ἱερομνημόνων, qui ex singulis Urbibus mittebantur ad consessum Amphyctionum, qui sunt ij ἱερομνήμονες, quos Hesychius εἰς Πυλαίαν πεμπομένους ὑπογραμματεῖς interpretatur. In Gloss. S. Benedicti, cap. de Templis, & in Lat. Gr. *Pontifex*, ἱερομνήμων exponitur, in aliis *Flamen.* Adde Etymolog. magn.

ἹΕΡΟΜΌΝΑΧΟΙ, dicuntur Græcis potissimum *Presbyteri Monachi*, ut observat Goarus ad EuchＯlog. pag. 11. & 298. Salutationes Epistolar. Pontific. pag. 416. εἰ μή που ἐστὶν Ἀρχιμανδρίτης, ἢ ἔντιμος ἱερομόναχος, ἢ μοναχὸς, ἢ κοσμικός. Vide Philotheum Patriarcham Constantinopolit. in Ordine sacri Ministerij pag. 5. Pachymer. lib. 7. cap. 28. lib. 9. cap. 5. initio, Sguropulum in Hist. Concilij Florentini sect. 3. cap. 3. 15. & aliis locis, Phranzem lib. 2. cap. 5. Morinum de sacris Ordinat. p. 117. &c. Et infrà in Πνευματικὸς πατήρ.

ἹΕΡΌΜΥΡΤΟΣ, *Ruscus*, apud Interpol. Dioscorid. cap. 728.

ἹΕΡΌΝ, *Calyptra* Alexandrino Patriarchæ peculiaris, qua κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, caput tectus, sacra operari solet, cùm cæteri Patriarchæ & Antistites ἀπερικαλύπτῳ κεφαλῇ Sacras Liturgias peragant: quam quidem Calyptram Ἱερὸν propriâ nomenclaturâ appellari scribit Symeon Thessalonicensis lib. de Templo pag. 221. cámque deferre ad instar veteris legis Sacerdotum qui Κίδαριν, quam & μίτραν vocabant deferre solebant: quo eodem, inquit, nomine Pontifices eas gestantes appellare consueverunt. Vide Λῶρος.

ἹΕΡῸΣ ΚΑΥΛῸΣ, Ἅλιμος, apud Interpolat. Dioscor. cap. 121.

ἹΕΡΟΤΕΛΕΣΤΊΑ. Vide in Ἱερολογεῖν.

ἹΕΡΟΥΛΊΖΕΙΝ, *Senium*, *Vetustatem olere*, γεροντιᾷν, γεροντίζειν, quomodo fortè legendum apud Alexandrum Trallianum lib. 8. cap. 3. οἶνον δὲ προσφερέσθωσαν τὸν Τύριον, ἢ Ἀσκαλῶνα, καὶ παλαιὸν, καὶ ἱερουλίζοντα. Vide Γερουλίζειν.

ἹΕΡΟΥΡΓΊΑ, *Sacrum Missæ Officium*, *Sacra* λειτουργία, Μυστικὴ ἱερουργία, apud Eusebium lib. 4. de Vita Constant. c. 45. Ita appellatur in Missa S. Joannis Chrysostomi, apud Symeonem Thessal. lib. de Sacramentis, & SS. Patres, passim. Ἱερουργεῖν, *Missam celebrare*, apud Pachymerem lib. 11. cap. 20. Lexicon MS. Cyrilli: ἱερᾶσθαι, ἱερουργεῖν. Vide Henric. Valesium ad Philostorgium lib. 9. cap. 4.

ἹΕΡΟΦΎΛΑΞ, *Cimeliarcha.* Lib. 33. Basilic. tit. 1. cap. 8. ἐὰν ληγατεύσω τοῖς ἱεροφύλαξι δέκα νομίσματα δίδοσθαι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς αὐτῷ τῷ ἱερῷ, &c.

ἹΕΡΟΨΆΛΤΗΣ, David Rex appellatur in Vita S. Syncleticæ num. 47.

ἽΕΣΚΕ, Afris, *Geranium*, apud Interpolat. Dioscor. c. 537.

ἼΖΗΜΑΤΊΑΙ. Vide in Βράσται.

ἸΘΥΤΗΡΙΟΝ, *Hedera*, apud Interpolat. Dioscorid. c. 398.

ΙΊ. Seu duplex I. cum accentu gravi, νόμισμα seu *Aureum* vel *Solidum* significat: occurrit passim in Libris Græcorum. Vide in specimen, V. Ποδοκόπιον, & Notam 167. Xylandri ad Cedrenum.

ἹΚΑΝᾺ δοῦναι, Ἱκανὸν ποιεῖν, παρασχεῖν, *Satisdare*, *Satisfacere.* Ἱκανοδοσία, *Satisdatio* in Basil. ἱκανοδότης, *Satisdator*: ἱκανοδοσία, *Stipulatio*, in Gloss. Lat. Gr. Scholiastes Synopseos Legum MS. ἡ τοῦ ἱκανοῦ ποίησις ἀντὶ καταβολῆς ἐστίν· ἱκανοδοσία λέγεται πᾶσα ἐλευθερία χρέους ὅπως δήποτε γινομένης.

Ἱκανοποιΐα, *Satisfactio* exponitur apud Interpretem Gr. Concilij Lateran. Can. 3. semel ac iterum.

ἹΚΑΝΆΤΟΙ, Milites Selecti ad Custodiam Imperatoris, vel Palatij, ita appellati. Constantinus de Adm. Imp. cap. 50. καὶ τὸν μὲν Πατκρατοῦκαν Βασιλεὺς Ἱκανάτον πεποίηκε, καὶ μετὰ τοῦτο στρατηγὸν εἰς τοὺς Βουκελλαρίους. Idem lib. 1. de Themat. cap. 5. ὅθεν γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς, καὶ τοῖς Ἱκανάτοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τάγμασιν ἐστρατεύοντο, εἰς ὑπηρεσίαν εἷς ἕκαστος αὐτῶν Ὀπτιμάτου ἐκέκτητο. Leo Grammaticus in Constantino Leonis F. pag. 491. ἦρχον δὲ τοῦ μὲν τάγματος τοῦ Ἐξκουβίτου Ἰωάννης ὁ Γράφων, Ἱκανάτου ὁ τοῦ Μαρούλη υἱός. Ita Anonymus Combefisianus in eodem Constantino num. 10. Symeon Logotheta num. 10. & Cedrenus. Idem Anonymus num. 19. πρῶτος οὖν ὁ τοῦ Βραχυμιχαὴλ υἱὸς Κωνσταντῖνος τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν Ἱκανάτων. Qui verò hîc Ἄρχων, aliis peculiari nomenclaturâ Δομεστικὸς appellatur. Nicetas Paphlago in Vita Ignatij Patr. Constantinopol. Νικήτας δὲ πρῶτον μὲν δεκαετῆ τυγχάνοντα, τῶν λεγομένων Ἱκανάτων Δομεστικὸν παρὰ Νικηφόρου φασὶ τοῦ πάππου προβεβλῆσθαι, δι' ὃν ἐκεῖνοι τὸ πρᾶγμα πρῶτον καταστῆσαι. Ex quibus postremis verbis, vel Icanatorum Scholam, vel Dignitatem Domestici τῶν Ἱκανάτων, tum primùm institutam à Nicephoro Generali Imp. pro Niceta ex filia nepote, postmodum Patr. Constantinopol. videtur innuere idem Paphlago. Et certè ante hæc tempora Ἱκανάτου mentionem fieri non advertimus, præterquam in Synaxariis 17. Febr. in S. Mena Callicelada: ὁ μακάριος Μηνᾶς μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐπιστὰς ἀνδρί τινι Φιλοβάτῃ λεγομένῳ, καὶ τῇ Ἱκανάτων κατηλεγμένῳ σχολῇ, quæ quidem referunt ad tempora Constantini M. sed hæc sunt sublestæ fidei. In Synodo VIII. Constantinopol. Act. 1. occurrit Orestes Πρωτοσπαθάριος, καὶ Δομεστικὸς τῶν Ἱκανάτων. Continuator Theophanis lib. 1. num. 10. de eodem S. Ignatio: καὶ Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν παῖς ὤν, τὴν τῶν Ἱκανάτων διεῖπεν ἀρχὴν, ἅτε δὴ φίλος τοῖς στρατιώταις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγουσιν εἶναί τε θέλων. Unde conjicere licet Icanatos milites fuisse ex Palatina

tina militia, qui sub dio agebant, contrà quàm Excubitores. Apud Symeonem Logothetam in Basilio Maced. & Leonem Grammat. pag.474. Joannes Curcuas Δομέστικος τῶν Ἱκανάτων indigitatur. In depositione Cosmæ Patr. Constantinopol. sub Manuële Comneno, apud Allatium lib.2.de Consens. utriusque Eccles. cap. 12. habetur quidam Leo πανευγενέστατος Πρωτασηκρήτης τῶν Ἱκανάτων. Meminit denique Anonymus Barensis in Chron. an. 1040. & 1045. *Ioannis Icanati.* Sed unde id nominis fluxerit, nemo opinor, nos docuit.

